




[illegible] actio [illegible]
[illegible] plenio [illegible]
[illegible] si eius [illegible]
[illegible] naaman . [illegible]
[illegible] decor [illegible] eet lepro
[illegible] publicani fuis [illegible]
[illegible] videbat [illegible] et [illegible]
[illegible] deus [illegible]
[illegible] nobis dari [illegible]
[illegible] animis [illegible]
[illegible] publica [illegible]
[illegible]
[illegible] planum [illegible]
[illegible] quod [illegible] publica [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] publici [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] xix





13




CXIII, 56.
BIBLIOTHECA
REGIÆ CANONIÆ
STRAHOV
PRAGÆ BOHEMIÆ

Anatomes CASPARI BAVHINI BASIL. MEDICI & PROFESS. ORDINA.

Liber Primus.

Externarum humani corporis partium appellationem, descriptionem & explicationem accuratam, continens.

Iterata editio, priore longè auctior & locupletior.



Cum gratia & priuilegio Cæs. Majest.

BASILEAE,
PER SEBASTIANVM HENRICPETRI,

Paulo Redlich

ANNO CHRISTI CIↃ IↃ XIC.
AETATIS XXIX.



Corporis effigiem ſumis pictoris ab arte:
Ipſemet aſt animi ſolus Apelles eris.

IOAN. ALBOSIVS HENRICI IV.
Francorum & Nauarræ Reg. Archiater.

ILLVSTR. AC GE-
NEROSO

BARONI

*RODOLPHO À SA-
LICIBVS*

IMPERAT. ROMAN.
MAXIMIL. II.
ET
RVODOLPH. II.
à militia & consiliis

HEROI

*Armis pariter & Toga
claro*

Casparus Bauhinus Anato-
micus & Botanicus
ACAD. BASIL.
Professor ordinarius

HVNC
Anatomes suæ Vniuersal.
LIBRVM PRIMVM
Obseruantiæ & officij
MON.
D. D.

Τύχῃ καὶ Πόνῳ.


AVLVS Sergius Romanorum præfectus, ILLVSTRIS. BARO, Anatomijs Galeni frequẽter, vt author eſt idẽ Galenus 1. de adminiſtratione Anatome. cap. 1. adſtitit, idq́; quo corporis ſui cõſtitutionẽ & ex ea eiuſdẽ temperamentũ addiſceret, vt & Marcũ Antoninũ Imperatorem feciſſe monumenta tradunt. Verùm & hoc noſtro ſeculo habẽtur qui & Imperatorem & Pręfectũ hunc, vt & Ægyptiorum reges imitantur, qui inquã poſtpoſitis alijs curis grauiſſimis & quidẽ militaribus (imitati Alexandrum Magnum qui inter tot tantosq́; rerũ triũphos, animalium & inſectorũ cadauera, quo eorũ naturas & vires indagaret, inſpicere voluit) ſe hoc ſtudio oblectãt, potiſsimũ dum me-

memoria recolũt, ſapientiſsimos Græcos etiã pueros domi apud parentes in diſſectionibus exerceri voluiſſe, vt author eſt Medicorũ coryphæus Galenus 2. de adminiſt. anatom. Hoc autẽ idcirco voluêre, quod agnoſcerent Anatomen ad diuini opificij admirationem, ad morũ temperandorum iudicium, ad humanæ naturæ penitiorem contemplationem, ad tuendã ſanitatem, ad curanda corporis mala; deniq; ad ſcriptorũ exquiſitiorẽ cognitionem vtilem & neceſſariã eſſe. Inter tot tantosq́; viros, GENEROSE BARO, & T. G. merito recenſeri debet, vt quæ poſtpoſitis grauiſs. curis militaribus ab Inuictiſs. Imperatorib. Maximiliano II. defuncto & Rudolpho huius nominis Secundo, cõcreditis, & noſtris Anatomijs frequen

ter adstare & studiosè de omnib. inquirere voluerit. Hęc ergô ILLVSTRIS BARO, ratio fuit, cur hūc primum Anatomes nostrę librū sub T. G. auspicio & tutela prodire voluerimus. Accedente quin etiã & altera ratione, quod T. G. corporis sui valetudinem elapsa æstate nobis cõmiserit, quo tempore inter cætera de hoc nobilissimo studio, multa grauissimè nobiscū cõtulit. Hoc ergo munusculum tanquã erga G. T. gratæ volũtatis pignus, benignè & operam nostrã in quibusuis alijs addictam suscipiat, nosq́ꝫ solito fauore prosequi velit, etiã atqꝫ etiã oramus, omniq́ꝫ studio commendamus. BASILEÆ RAVRACORVM. Anno natalis τοῦ θεανθρώπου CIↃ IↃ XCI. Kal Feb.

AD
LECTOREM ASCLE-
PIADEVM
PRAEFATIO.



Iquis fidibus canendi artem doceri cupiat (cum Ruffo enim Ephesio præfari lubet) ante omnia fides peritè tractare & pulsare, singulásque proprijs nominibus appellare discat, necesse est. Sic Grammatici ante legendi, cæteraq́ꝫ doctrinæ scientiam, elementa cognoscere & nominare pueros prædocent. Sic in Geometria, quid punctum, quid linea sit, quid superficies, quid planum, quid figura triangula, quid circulus, id genusq́ꝫ alia quæquæ dignoscãtur & ritè nomine appellentur prædiscere opus est: ita & in alijs artibus prænotiones vocabulorũ præscire oportet & à nominibus edoceri: & ferrarius faber, & alutarius cerdo, & carpentarius inprimus ferri nomen & instrumenti & aliorum omnium ad artem facientium nomina tradunt.

Medicam itaqꝫ artem capescere optantibus, elemẽta prius tradere est perquã necessarium, vt quæquæ videlicet corporis pars rectè nominanda sit, quandoquidẽ diuinissimus Hippocrates, in libro qui inscribitur de Locis in homine, ita loquitur: Corporis autem natura, sermonis in medicina principium est. Nos igitur etiam à simplicioribus, exteriusq́ꝫ aspectui subiectis exorsi, eorum

prænotionem appellationesq; tradamus, qua in re veterũ insistamus vestigijs. Humani enim corporis partes & particulas, earumq; nomina, vt ostẽdit Introductorij seu Medici apud Galenum author, primus Aristoteles docere simùl & scribere instituit. Temporis autem processu, Medicis quoq; ipsis posterioribus de ijsdem tractare operæpretium visum est, non vt manu allata quamq; partem aut particulam ostenderent, sed ex appellatione sufficientem earum notitiam haberent. Quorum in numero maximè fuerunt Erasistrati sectatores, Apollonius Memphites & hoc prior Xenophon. Sed & sapientißimum Socratem imitamur, qui in opere quod de Hominis natura inscripsit, partium hominis ac nominum proprietates explicando disseruit. Sic & Græcus ille Philosophus Meletius, de natura & structura hominis disserens, multa in hanc rem proponit, diligenterq; nomina explicat, vti sæpè in tractatu nostro eius fiet mentio. Ex præmißis ergô luce meridiana clarius est, non Grammatici esse de his rebus disserere, sed Philosophi, vt fecit Socrates Sapientißimus, & Philosophorũ princeps Aristoteles, & Meletius: imò Medici, vt fecit Apollonius Memphites, Herophilus, qui Introductorij author censetur.

Quare cùm propositum nobis sit Anatomen integram, quantum DEO opt. max. adiuuante per ingenij tenuitatem licebit tradere, cum Peripateticorum principe Aristotele 1. de historia

animalium ab EXTERNARVM PARTIVM *enarratione, descriptione & denominatione, exorsi sumus quam ex varijs authoribus contexuimus, eamq́; ante triennium prælo, ob rationes eo loci expositas, commisimus. Iam verò pridem exemplaribus deficientibus, ad alteram editionẽ moniti, priore editione sub incudem reuocata (cum, vt habet Tragicorum princeps in Hippolyto:*

—Κἂν βροτοῖς
αἱ δεύτεραί πως φροντίδες, σοφώτεραι.

& vt Eloquẽtiæ parens Philippica 12. exposuit: Posteriores cogitationes sapientiores esse soleãt) *legimus & relegimus eam sæpè sæpius, inquæ ea quædam mutauimus, plurima addidimus, præsertim verò authores, vt quorundam ingenijs satisfaceremus, sicq́; factum, vt hæc iterata editio, priore sit duplo maior.*

Et licet Anatomes nostræ Epitome libris quatuor distincta, ad tabulas And. Vesalij instituta, ad dissecandi methodum tradita, tyronibusq́; (in quorum gratiam scripta fuit) accommodata nuper prodierit (quam etiam post editionem duabus publicis Anatomijs comprobauimus, vt qui singulis annis publicam humani cadaueris Anatomen, & id quidem ratione Professionis nostræ Anatomicæ ordinariæ proponere soleamus, ita vt intra hos postremos quatuor menses, prædictas duas sectiones instituerimus. Imò etiam cùm tot humana cadauera, quot ad hanc artẽ addiscen-

dam requiruntur habere nequeamus, quo studiosos in Anatomicis exerceamus, priuatim multa animalia & eorundem partes, imitati præceptorem Galenum 4. de Administratione Anatomica 3. & 6. eiusdem libri 3. & quidem non ex debito, nec alicuius præmij causa, sed ex libero & ingenuo prolem Apollineam iuuandi animo, sæpius dissecare solemus.) TRACTATVS *tamē hic* EXTERNARVM PARTIVM, *totius Anatomes nostræ liber erit primus, cui suo tempore & secundum subijciemus, quo in ex professo de* PARTIBVS SIMILARIBVS, *ex Hippocratis, Aristotelis & Galeni fundamentis agemus.*

Quod verò hanc editionem attinet, si quid potuimus, adolescentū ingenia adiuuare, consilium intendimus, nonnulla fortaßis & non ita pœnitenda de partibus externis & earum appellationibus adnotauimus, exactius (in quibus opus fuerit) in alijs Anatomicis nostris pensiculaturi.

Hæc est, Asclepiadei LECTORES, *instituti nostri ratio, hoc ergo in rem vestram vtimini. Valete & propediem* TRINVNO *cœptis fauente, quædam Botanica à nobis exspectate.* ATHENIS HELVETIIS. VII. *Id. Febr. in ipsa Anatome publica, quæ octaua fuit sectionis dies.*

M. D. XCI.

AVTHORES QVI IN HOC
Tractatu citantur.

A

AEGINETA.
Aeschylus & eius Scholiastes.
Aetius.
Agellius.
Alcmeon.
Ammianus.
Anacreon.
Anaxagoras.
Anthilog. Epigramma.
Antimachus.
Aphrodisæus.
Apollodorus.
Apuleius.
Arabes.
Archippus.
Aristophanes & ei9 Scholiastes.
Aristoteles.
Arnobius.
Artemidorus.
Athenæus.
Auicenna.
Auerrois.
Ausonius.

B

D. Basilius.
Boëthius.
Budæus.

C

Callimachus.
Camerarius.
Cardanus.
Catullus.
Celsus.
Charasius.
Chiromantici.
Cicero.
Claudianus.
Cælius Aurelianus.
Cælius Rhodiginus.
Columbus.
Columella.
Coluthus.
Comici.
Cornutus.
Cratinus.
Crinitus.
Curtius.

D

Demosthenes.
Didymus.
Diocles Carystius.
Diodorus Siculus.
Diomedes Grāmaticus.
Dioscorides.
Donatus.

E

Ennius.
Erotianus.
Etymologicus.
Euangelista.
Eupolis.
Euripides.
Eustathius.

F

Fallopius.
Firmianus.

G

Galenus.
Galeotius Martius.
Gaza.

Gellius.

Gellius.

H

Hadrianus Iunius.
Herodianus.
Herodotus.
Hesiodus.
Hesychius.
D. Hieronymus.
Hippocrates.
Hipponactes.
Homerus & eius Scholiastes.
Horatius.
Hortensius.
Hyginus.

I

Introductorij seu Medici author.
Isidorus.
Iulius Cæsar.
Iulius Firmicus.
Iulius Pollux.
Iuuenalis.

L

Lactantius.
Liuius.
Lucanus.
Lucillus.
Lucretius.
Lycophron.

M

Macrobius.
Manilius.
Marcellus Virgilius.
Martialis.
Martianus Capella
Melanchthon.
Meletius.
Menander.

N

Nazianzenus.
Nicander & eius Scholiastes.
Nonnus.

O

Oppianus & eius Scholiastes.
Orpheus.
Ouidius.

P

Paulus apud Festum.
Persius.
Phauorinus.
Pherecrates.
Phocus Grammaticus.
Pindarus & eius Scholiastes.
Plato.
Plautus.
Plinius secundus.
Plinius iunior.
Plutarchus.
Pompeius Festus.
Priscianus.
Ptolomæus.
Pub. Mimius.
Pythagoras.

Q

Quintilianus.

R

Roterodamus.
Ruffus Ephesius.

S

Salustius.
Scribonius Largus.
Seruius.

Soleus

INDEX

INDEX CAPITVM.

DE

DE

CASPARI BAVHINI D. ANATOMES & REI herbariæ Professoris ordinarij

ANATOMES PARTE PRIMA quæ est de partibus externis humani corporis

IOAN. ALBOSIVS, HENRICI IV, FRANCORVM & NAVARræ Regis Archiater,

AD LECTOREM.

Corporis externos breuis ista tabella colores
Exprimit. At pictor iam meliora dabit.
Non ueluti Veneris primos qui pinxit Apelles
Vultus, inceptum deinde reliquit opus.
Nam penicillus agit, manus & tibi docta BOHYNI
Eximis liquidas fontibus haurit aquas.
Primùm oculis narrans subiecta fidelibus, inde
Eruet internis abdita uisceribus.
Pectoris & latebras quas fecerat ille Prometheus,
Deteget, & cæcos corporis, arte sinus.
Κοιλίαν & triplicem Naturæq; organa, uires,
Sedem animæ, quicquid paruus & orbis habet
Hæc externa placent? tu mox laquearia cernes
Aurea, quasq; domus nostra recondit opes.
Hancq; operis frontem capias si fronte serenâ
Gratior hâc nitida fronte recessus erit,



DE

DE

OPERE PRAESENTE
nec non duobus
alijs
ANATOMICO
&
BOTANICO

AD LECTOREM

SIGISMVNDVS SNIZERVS
BAMBERGENSIS MED.
ordina.

EN, qui conspicuos primis obtutibus artus
Corporis humani te docet arte, liber.
Arte docet, dum cuncta suis benè classibus aptat
Inditaq; à uarijs symbola distribuit.
Hunc cape, ni magnum sat mole, sat arte libellum:
Maioris libri Pignus & Initium.
Initium Pignusq; libri, qui nosse latentes
Corporis & partes ritè secare docet.
Pignus & alterius, qui tradet nomina, plantæ
Quotquot ab innumeris sunt data cuiq; uiris.
Hæc operis docti primordia, docta futuri
Pignus & hoc gemini, quod dabit Author, habe.

CASPARI BAVHINI BASIL. MEDICI ET ANATOMICI ORDINARII DE Humani corporis partibus externis TRACTATVS.

DIVISIONES CORPORIS HVmani diuersæ, & τοῦ μικροκόσμου cum τῷ μακροκόσμῳ comparatio.

CAPVT PRIMVM.



VM in cõsideratione τοῦ μικροκόσμου, ſeu humani corporis fabrica, ea, quæ ſub ſẽſum noſtrum cadũt, notiora eſſe conſtet, quàm quæ rationis beneficio cognoſcũtur: hãc ob rem, nobis quoque de ijs, quæ ſubitò ſeſe noſtro offerunt conſpectui, citraq; diſſectionem occurrunt, principiò agẽdum eſſe exiſtimauimus: & quidem, antequam de ijs, quæ in interioribus humani corporis penetralibus lati-

 tant,

tant, verba faciamus, in eo Philoſophorum principem 1. de hiſtoria animalium 6. ſecuti. Quare, non preter rationem à *PARTIVM EXTERNARVM* enarratione, exordium ſumemus. Cùm verò hæc corporis noſtri cōpages atq; ſtructura, adeò admirabili modo, vt loquitur Galenus 7. de vſu partium, exſtructa, uarijs modis ab authoribus diſtrahatur, priuſquam rem ipſam aggrediamur, diuiſiones aliquot totius corporis præmittemus.

Summæ igitur partes, vt loquitur Philoſophus 1. de hiſtoria animaliū 7. in quas primas totum diuiditur corpus, hæ ſunt: κεφαλὴ, αὐχὴν, θώραξ, βραχίονες δύο, σκέλη δύο: hoc eſt, caput, collum, thorax, brachia duo, crura duo: Hippocratem enim noſtrum, Ariſtoteles, Aegyptij & cum ipſis Ruffus Epheſius libro 1. de partibus hominis capite 3. alijq; antiqui ſecuti, Thoracis nomine vniuerſum corporis ὅλμον, id eſt, truncum, à iugulo aut collo, clauiculisq́ue, ad inguina & pubē, vtrumq; puta ventrem,

ventrem, medium & infimum, intellexêre. Aegyptij enim medici, vt habet Introductorij seu Medici (siue Galenus, siue Herophilus fuerit) author capite 10. totum corpus quadrifariã diuisêre, εἰς κεφαλὴν, χεῖρας, θώρακα καὶ σκέλη: id est, in caput, manus, thoracem & crura. Diocles verò Carystius, in epistola ad Antigonum regem in caput, thoracem, vẽtrem & vesicam diuisit. Galenus libro de inęquali intemperie 1. distinxit in χεῖρας, πόδας, γαστέρα, θώρακα καὶ κεφαλὴν, hoc est, in manus, pedes, vẽtrem, thoracẽ & caput. Nos ergo secuti Galenũ ducem, inferiorem vẽtrem à thorace separabimus, totumq; corpus in Ventres ac Artus diuidemus. Ventres, pro ratione facultatum corporis nostri, tres sunt: supremus, qui partes animales cõtinet, *CAPVT*: medius, partium vitalium domicilium, *THORAX*: & infimus, qui partiũ est naturalium, *ABDOMENQVE* dicitur. Artus verò, *MANVS*, duo scilicet brachia: & *PES*, duo nempe crura. Quod ve-

rò collum attinet, non eſt vt id curioſiùs à capite & thorace diuellamus, cùm illud ipſum capiti ceu fulcrum ſit ſubiectum.

Quemadmodum enim ad ſimilitudinem fabricæ totius mundi, corporis noſtri fabrica paruus quaſi mundus & μικρόκοσμος fuit vocatus: ſic & tres corporis ventres magno mundo correſpondent. Quare Ariſtoteles 1. de hiſtoria animaliũ 15. corporis noſtri partes tàm ſuperiores quàm inferiores, ad ſitum orbis vniuerſi ſuperiorem inferioremq́; diſpoſitas eſſe dicit. Itidẽ, quæ priores, poſterioresq́;, atque etiam dextræ, ſiniſtręq́; habeantur: cùm cæterorum animalium genus, vel omnino reſpectu eiuſmodi careat, vel confuſiùs ita conſtet. Infima ſiquidem mundi pars Terra eſt, cui vis plantas, aliaq́; producendi ineſt, & quemadmodum de terra, vt loquitur, diuinus noſter Hippocrates, in initio libri 4. de Morbis, arbores & ſata ſibi ſimilem humiditatem trahunt, cùm plurimas & varias quali-

tates

tates terra in ſeſe habeat, ita vt quibuſcunque ex ea naſcentibus ſuum humorem præbeat, licet diuerſi ſint terræ humores : quædam enim in his virulenta ſunt, quædam ſalutaria, quædam humida, quędam ſicca, quædam dulcia, quædam amara, quædã aſpera, quædam mitia, multaq́; alia ſe aliter habeant, multæq́; vires ei inſint: cognatum tamen & ſibi ſimile nutrimentum, quæque à Terra hauriũt: ſuum enim Roſa exſugit, Allium ſuum, cæteraq́; omnia quæ naſcuntur, de terra familiare ſuæ naturæ trahunt alimentum. Pari pacto in humano corpore fit: in Abdomine enim infimo dicto ventre, primùm facultas naturalis & vegetabilis conſiſtit, in cuius opificium ſingula quæ comeduntur & bibuntur, quæ multas uires è terra hauſtas in ſeſe habent, reconduntur, nempe ad chyloſeωs & hæmatoſeωs officinas, cùm illic ventriculus (qui corporis noſtri fons, Hippocrati loco citato dicitur) & hepar cum venis, locum habeant. Sic etiã

quemadmodum diuersi sunt terræ, vt loquitur Hippocrates, humores: ita etiam in secunda concoctione, diuersi succi (diversusúe sanguis) gignuntur, alius pituitosus, alius biliosus, alius melãcholicus, alius serosus. Veruntamen, fontes de ventriculo per venas, ex sententia Hippocratis, sibi similem humiditatem, id est, alimentum simile, pro partis cuiuslibet temperamento, naturaúe trahunt. Elegantem in hanc rem locum alium, habemus apud Hippocratem, libro de victus ratione, circa principium.

Dein, vt media quasi mũdi totius regio, Aërem & Ignem continet: sic in Thorace, ventre medio, Pulmones sunt, qui aërem, spiritumúe cõtinent: est Cor, in quo ignis: nam vt loquitur summus Medicinæ parens Hippoc. libro de Corde, insitus à natura ignis, in sinistro cordis ventriculo continetur.

Tertia regio Cœlum est, & quẽadmodum in cœlo primus & sapiẽtissimus protoplastes *DEVS* & Ani-

mæ habitant:ſic in Cerebro, princi-
pes illæ animę facultates, imagina-
tio,ratiocinatio & memoria,ſedem
habent.Et quemadmodũ à ſuperis,
vtpote à *DEO* omnium bonorum
largitore,ea quę nobis ſunt neceſſa
ria & vtilia recipimus: ſic à Cere-
bro, corporis noſtri partes, ſenſum
& motum accipiunt, & à ratiocina-
trice facultate, cæteræ omnes ani-
mæ potentiæ,reguntur.Inde ſolùm
Caput,mundo reſpondet, ex diuini
Platonis ſententia, qui dialogo de
Iuſto hæc verba habet:.Principio
dij figuram capitis ad rotunditatẽ
mundi finxêre,in eoq;,duos illos a-
nimæ diuinos circulos ſtatuerunt,
& quæ ſequuntur. Huius etiam no-
mine, caput cæteris omnibus ſupe-
riorem obtinet ſitum, corporis ſui
ratione, vt habet Philoſophus, 1.de
hiſtoria animalium 15. quoniã ho-
mo, vt ſuprà dictum,ad vniuerſi or-
bis habitum inſtitutus eſt, idcirco
partem etiam iſtam habet reſpon-
dentem parti ſublimi vniuerſi. Præ-
terea,oculi Soli & Lunę reſpondẽt,

vnde Hesychio, oculi ἡελίϋ πύλαι, solis portę dicuntur. Sic etiam Iridis circulus, quatenus albugini oculorum proximus, ἅλως, pupillæ lymbus, nebuloso circa Solem, aut Lunam circulo persimilis existens, dicitur. Eiusmodi plura adferri possent, verùm hæc de comparatione τῦ μικροκόσμϋ cum magno mundo, in præsens dixisse sufficiant.

Quòd si verò, hæ corporis diuisiones cuipiam non arriserint, is circino dimetiri id poterit. Quanta enim est longitudo à fronte, vsq; ad initium dorsi narium, tanta etiā est longitudo nasi, tanta similiter latitudo oris, & longitudo à foraminibus nasi vsque ad mentum. Sic etiā in bene proportionato corpore, eadem est distantia vmbilici ad ensiformem cartilaginem, quanta inde ad iugulum, atq; à pudendo vsq; ad vmbilicum: quòd si non eadem sit distantia, varia, vt gulosos, libidinosos, pronunciant. Verùm, corpus nostrum optimæ mensuræ si fuerit, priuatas dimensiones, quas alij fa-

cies

cies vocant, decem: mediocre verò, nouem habebit. Prima dimẽsio est à frontis initio vsque ad mentum: secunda, ab initio thoracis, vsq; ad cartilaginem ensiformem: tertia, à cartilagine ad vmbilicum: quarta, ab vmbilico ad pudendũ: quatuor aliæ, à pudendo vsq; ad malleolum: nona à malleolo ad plantam, cum distantia à mento vsque ad initium thoracis. Tandem etiam totũ corpus, secũdum maius pollicis internodium dimensurari potest, & talium ossium mẽsura vigintinouem aut triginta, corpus constabit. Sed cùm hæc probè statuarij, alijq; artifices norint, hîc subsistamus.

Vt autẽ *EXTERNARVM PARTIVM* historiam pertractemus, & ad imos pedes rem deducamus, à capite summo exordiamur.

DE CAPITIS PARtibus externis.

CAPVT II.

QVONIAM membrorum, quę in nobis sunt, *CAPVT* primũ

est, vtpote quod sensoriorum officina, nec non suprema, eminentissimaque ac nobilissima & maximè principalis corporis pars habetur, in qua principalis animæ pars residet, huiusq; secundum Platonicos est sedes. In eo.n. totius animantis est regimen, indeque deriuatur, atque influit in corpus reliquũ, quod ita moderatur ratione vniuersum, nutuq́; regit atque dispensat, vt in qualibet regione membrorum pręsens esse videatur. In eo item religio & quoddam numen inesse fertur, ideoq; ibi honorum insignia & diademata regum esse voluêre. Ab hoc ergò principium sumamus & prouidentiam, sapientiamq́; Creatoris nostri consideremus, &, quæ admirabilis Basilius habet, præmittamus. Ille, cùm *DEVS*, inquit, eminentissimę corporis parti caput apposuisset, in ipso quã plurima præclara sensoria collocari oportuit: ibi enim visus, auditus, gustus & olfactus propiùs inuicem consistunt ac, cùm breui loci intercapedine

continueantur, nullum ex ipſis actioni alterius proximè exiſtētis, impedimento eſt.

Caput vocatur totum id, quod prima colli vertebra terminatur, eique vertebræ impoſitum eſt: quamuis & cerebrum ipſum caput dicatur: eo enim læſo, caput affectū eſſe dicimus. Hoc cuncta, quæ ſanguinem habent, authore Plinio, donantur.

Dictum autem caput Græcis κεφαλὴ, ἀπὸ τοῦ κεκυφῶσθαι, à cauitate: vel, vt habet Meletius Philoſophus, παρὰ τὸ κάρφεσθαι, ὅ ἐστι ξηραίνεσθαι, quaſi ſiccitate præditum diceres, cùm ſiccū oſſeumq; habeatur. Alijs κάρηον καὶ κάρηνον, à κείρω. Poëtis vt Homero κώδεια, quaſi μήκωνος: id eſt, papaueris caput. Meletio κάρας, οἷον κεῖραν, ἀπὸ τοῦ τεθριχῶσθαι, quòd capillis integatur: nā κέρας, capillamentū dicūt. Tragicis verò κάρα, κόρση à κείρω tondeo, Lucano: quamuis Attici vt Euſtathius in Aelio Dionyſio monet, totum caput cum ceruice κόῤῥην καὶ κόρσην vocent. Hippocrati κύβιτον, ἀπὸ

τῆς

τῆς κυφότητος, à gibboſitate : Heſychio, κότλη ϗ κεφαλὴ: & ἀγγεῖον τοῦ ἐγκεφάλου: id eſt, cerebri vaſculũ. Lycophroni κόγχος καὶ κρανίον, παρὰ τὸ κραίνειν, ab imperando, quòd videlicet ab ipſo reliquæ corporis partes regantur: cuius nomine, vt habet Meletius, & κράτα vocant, ἀπὸ τοῦ κράτους, à poteſtate ipſa, quod inibi principalis animæ facultas exiſtat. Alijs κύμβη καὶ κύτος. Dicitur & οὐρανὸς, cœlum, cuius formam caput refert: antiquitus enim pro capite id nomen acceptum eſſe, Euſtathius teſtatur. Sed & à quibuſdã λοσφὴ nuncupatur, διὰ τὸ καλύπτειν τὸν ἐγκέφαλον, ꝙ cerebrum velet, occultetque. Latinis dicitur Caput, quòd ab eo nerui initium capiant, per quos ſenſus & motus in totũ corpus diſtribuitur: vel, vt Varroni ad Ciceronem placet, quia ab eo ſenſus initiũ capiãt: alijs quòd ſenſus capiat: alijs à κάρας quod eſt caput, vt Pompeius Feſtus voluit.

Arietis ſigno caput ſubiacet, authore M. Manilio 2. Aſtronom. Cui enim

enim ſigno quælibet ſubiaceāt mē-
bra, monere non videtur eſſe à propoſito alienum, idq́ue propter vulgus, qui in ſectionibus venarum adeò curioſi ſunt in cœleſtiū ſignorum obſeruationibus: quod & multi Medici, pleriq; verò Chirurgi ſeu tonſores, non minus ſtudioſè obſeruant: quod tamen ſæpè, vbi morbus non dat inducias, obſeruare eſt impoſſibile, niſi ægrum in periculum vitæ conijcere lubeat. Verùm hæc Medicis, quo vulgi calumniam effugere poſſint, nota eſſe debent. Hoc verò ex Ptolomæo deſumptū videtur, qui 20. verbo libri fructuū inquit, verendum eſſe membrū ferro tangere, cùm Luna eſt in ſigno illius membri. Signa enim partibus corporis dominari creduntur, quia eorum potentia in his membris operetur, accedente etiam quadam, vt inquit Martius, nominis ſimilitudine: ſic Arietis vis magna eſt in capite.

Diuiditur Caput, in partē capillatam & glabram, capilliſúe vacuam.

Capil-

Capillata pars, ſeu τριχωτὸν, quæ capillis intecta eſt, Ariſtoteli 1. de hiſto. anima. 7. σκαφίον à cauitate & rotunditate, vt & Polluci, dicitur. Calua, Gazæ: in hac duo conſiderãda, primò extimus criniũ circulus, quem imi capilli deſcribunt, στεφάνη καὶ περίδρομος Polluci: Latinis, circuitus, vel corona capitis, quia ei coronas imponere ſolebant. Sunt tamẽ, qui medium ſpaciũ inter Occiput & Synciput, στεφάνην coronam vocent, vt teſtis eſt Pollux. Secundò conſiderãdi ſunt Pili, de quibus poſteriori loco.

Pars autem capillata, in partẽ anteriorem, poſteriorem, mediam & laterales diuiditur.

Anterior capillitij pars, à fronte, ſeu parte capilloſa vſque ad ſuturã coronalem & ferè mediam capitis partem à lateribus ad tempora vſq; protenſa, Cornuto & Iuuenali ſynciput, quaſi ſummum caput: multi tamen non ſolùm partem hanc, ſed totum ſpacium à ſupercilijs ad ſuturam vſque coronalem, Frontem appel-

appellant, vt ſequenti oſtendetur capite Ariſtoteli & Introductorio βρέγμα: Aphrodiſęo βρέχμα: Homero βρεχμὸς, ἀπὸ τοῦ βρέχειν ab irrigãdo. Hoc omnium oſſium corporis vltimum eſt, vt loquitur Philoſophus, quòd concreſcit & induratur: in infantibus enim hoc non oſſeum, ſed membranoſum eſt (non ſolùm tenerũ, ſed & valdè humidum: vnde hæc pars βρέχμα dicitur, vt videri quodammodo poſſit βεβρέχθαι, id eſt, madefacta eſſe, inquit Euſtathius) donec dentes acquiſiuerint: vel vt Plinius 11. natural. hiſtoriæ cap. 37. non corroboratur ante primum ſermonis exordium. Mulierẽ tamen noui, quę annorum vigintinouem eſt, cui nondum induruit, & ſi quando capite doleat, ea pars dilatatur. Molliſſimam hancce in infantibus partem, quę vni hominum infantia, vt vult Plinius, (cui palpitans vertex dicitur) palpitat: Arabibus tendik: recentioribus verò, Fontanella dicitur. Barbari à madore & pulſu, Fontem pulſantem, Ger-

manorum

manorum aliqui Foliolum vocant. Apuleius in dogmate Platonis, Verticem appellare videtur. Huic loco cauteria & sartaginem candentem applicare solent, quem locum in viuis designat aut medius digitus, radice palmæ ad interciliũ posit⁹, aut vola manus, si teneriorum corporũ vertici admoueris, vtraque maxillarum interim mordicus identidem stricta. Sunt verò & alij qui totum id, quod inter suturam coronalem &lambdoideã est, Sinciput vocitãt: quare videtur Sinciput, quasi mediũ caput Phocæ & Diomedi Grãmaticis, dictũ. Quibusdam deniq; anterior capitis pars aures & tempora complectens, Syncipitis nomine donatur.

Posterior capitis pars, quæ è regione frontis est, & linea lambdoidea, primaque colli vertebra terminatur, κοτὶς Hippocrati: ἰνίον Aristot. & Introduc. alijsque dicitur: ἰνίον quidem, quasi descensum diceres, quia à vertice deorsum tẽdat: siue quòd inde ἶνες, id est, nerui enascantur. Au-

ſonio & Perſio, occiput: Plauto, occipitium: alijs tendo.

Media inter ſynciput & occiput pars gibboſa, in media capitis regione verſus poſteriora ſuperans, quæ veluti cētrum eſt circuli criniū originem circumſcribētis, Ariſtot. & Introduc. κορυφὴ à κρύπτω, vt ſit quaſi κρυφὴ, quòd ea pars capitis crinibus tegatur: vel, vt Meletius, ὅ τι τοῦ κάρατός ἐστιν ὀροφὴ, quòd capitis ſit faſtigium: μεσόκρανον in Orphicis metris: μεσοκράνιον: πόλος Polluci: ἑλιγμὸς, διὰ τὸ εἱλίσσω voluo, Xenophonti: στεφάνη corona, ſecundum quoſdam Polluci, quia ibi capilli coronę modo contorqueantur. Latinis Vertex, ob capillorū flexum Quintiliano 8. Inſtitutionum, quod eo loci capilli aquæ inſtar in gyrum contorqueantur & vertantur: alijs ſummum caput, polus & axis. Vbi autē in medio quaſi deprimitur, κόγχος (nam & Lycophron in Alexandra, caluam capitis, quia ſcutulata eſt, κόγχον vocauit) καὶ σκαφίον Volchero. Vertex autem, vt & Ariſtoteles cū

B Plinio

Plinio locis citatis ostendunt, non nullis geminus est, & hi à natura biuertices facti: verum non osse, sed capillorum æquamento: hi δικόρυφοι biuertices Aristoteli, quos & macrobios dici, ostendit Volcherus.

Partes à lateribus Syncipitis, inter oculos, aures & verticem vbi caput compressius est, positæ, Aristoteli 1. de histo. animal. 11. Introduc. & Ruffo κρόταφοι, παρὰ τὸ κρο͂τεῖν περὶ τὴν ἀφὴν, quòd pulsus venarum ibi euidens sit. Homero & Oppiano lib. 3. de venat. κόρσαι à κήρεσθαι: id est, tondere, καὶ κόρραι. Latinis, vt Virgilio, dicuntur Tempora, quasi ætatis tempus & annos sua canitie & macilẽtia prodant: in senibus enim partes hæ primò canescunt (vnde à Poëtis πολιοκρόταφοι, id est, cani circa tempora, dicuntur) & etiam, temporis diuturnitate cauantur: posterius rectè in equis cõspicitur, quòd in his id decimo anno fieri, testis est Columella li. 7. ideoq; caua dicuntur tempora. Nunc de altera ipsius Caluæ parte.

PILI

PILI totius corporis τρίχες, οἷον θέριχες, ὅτι θερίζονται, quòd videlicet demeti ſoleant ac ſectioni aſſiduè obnoxij ſint: τριχία Ariſtoteli in Problem. Capitis verò propriè κόρση, διὰ τὸ κείρεσθαι Polluci (cui & κόμη) & Aeſchylo: Attici οὔλας vocant. Ciceroni capilli (Gellius tamen capillũ pro hœdino pilo poſuit) quaſi capitis pili: Catoni, cirri, à κείρω incîdo, Perſio. His præ reliquis animantibus homines, authore Ariſtotele, abundant, idq; ratione humiditatis cerebri, & propter poros atque ſuturas, per quas euaporatio fit: in reliquo verò corpore propter cutis denſitatem & ſiccitatem, rariores & breuiores ſunt. Sed & præter tutelam, forte etiam ornatus gratia, & quo ſexus diſtinguantur, capillos capitis & barbã, naturę opifex creauit. Virorum capitis pili, Homero propriè ἔθειραι: cæſaries, à frequenti cæſione: κουρὰ, Ruffo κόμη, coma dicitur. Propriè verò fœminarum capilli ab ornatu & curioſiore cultu, κόμη à κομέω curo, vt docet Artemi-

dorus: vel ἀπὸ τοῦ κοσμεῖν ab ornando, vt vult Eustathius, dicuntur. Latinis coma, quod Festus capillos aliqua cura compositos, interpretatur.

Linea quæ à vertice ad Frontem percurrit, & capillos alios in dextrā, alios in sinistram inuersos, potissimùm in mulieribus distinguit, Aristoteli λύσωμα καὶ λύσωσις τῶν τριχῶν, discrimen & æquamentum capillorum vertit Gaza: quibusdam κορυφὴ: alijs Area, quòd locus capillis sit nudatus, dicitur. Hæc verò nonnullis, vt habet Philosophus, gemina est, & hi δικόρυφοι, id est, biuertices, dicuntur.

Sed cùm Capilli alij fronti, alij occipiti, alij temporibus, alijsúe capitis partibus adnascantur, pro partium, quibus adnascūtur diuersitate, diuersa etiā nomina obtinuêre.

In Frontem enim dependentes pili, προκόττα καὶ προκόμιον (quamuis προκόμιον Polluci dicatur ea coma, quę alterius loco adponitur seu circumponitur) Homeri scholiastæ, quasi capillus in priore capitis parte copio-

copiosè relictus. Antiæ, quòd ante faciem siti sint, Nonno & Festo: hic tamen vult muliebres capillos in frontem demissos, ex Græco ἀντὶ, id est, contra, hoc nomine intelligi debere. Lucilio lib. 7. Satyrar. capronę, quasi à capite pronæ. Festus verò vult, capronas equorum iubas in frōtem deuexas, significare. Anteuentuli & propēduli crines etiam dicuntur.

Occipitis verò pili, χαῖται Ruffo: Latinis, vt Tacito libro de morib. Germanorum, crines, dicti; ἀπὸ τῦ κρίνειν à discernēdo: vel vt Festus, à discretione quam Græci κρίσιν appellant: nam ijdem eos κρινίδας vocant. In mulieribus verò in similitudinem caudæ plexi & intorti. Cirrus, quasi in circum tortus & crispatus capillus, coma plexilis: πλόκος, Sophocli: πλοκὰς, Pherecrati: πλοκίον, Suidæ & Menādro: πλόκαμος, Homero, Euripidi & Herodiano: πλεκτάνη, Aristophani: πλοκαμὶς, Theocryto, o[illegible]o-mnia ἀπὸ τῦ πλέκω, necto. [illegible]ρυχος Aristophani & Eupoli [illegible]οτρυς, Colu-

 tho:

tho: κόρυμβος à κάρα, ἕλικες, Polluci. Sic verò intorti capilli, si ad capitis verticem conuoluantur & in altum aggerantur, Tutuli à tuendo priscis (vt ex Varrone lib. 6. de ling. Latina, & Festo, cōstat) dicti: quod πύργον πλοκάμων cum Nazianzeno & suggestum: comæ, cum Statio dicere possumus: quibusdam κόρυμβος.

Ad aures qui demittuntur pili, παρωτίδες, quòd auribus adhæreāt, Polluci: quidam & hos κικίννους cincinnos vocant, præsertim cùm inuoluti & contexti sunt: στημονίαι Cratino: οὖλαι, ἕλικες, ἕλιγγες Callimacho & Herodiano (quamuis cincinnus, Ciceroni in Pison. intortus capillꝰ dicatur, qui & calamistratus, à calamistro acu maiore, qua calefacta & adhibita, crispātur capilli) hiq; à mulieribus in fronte habētur, quod & Ciceronis factitatum tempore, quo saltatores maximè ornabantur, vt habetur in Orat. post reditum. Sed & Cynædi ijs ornabātur, vt est apud Plautum in Asina: Martiali verò 2. Epigram. [illegible]nulus dicitur.

Ad

Ad tempora tandem pilorum eruptio ἴουλοι Ruffo: οἰνάνθη, Pindaro: ἀνάφασις, Pindari scholi. Lanugo Latinis (aliqui tamen per lanuginē pilos, qui in adolescentum genis cernuntur, intelligunt, qua voce Martialis vsus est) Virgilio flos. Radices enascentium pilorum ἰόνθους aliqui dixerūt. Et hactenus de Capitis parte capillata, eiusq; Pilis.

DE ALTERA CAPItis parte quæ Facies dicitur.

CAPVT III.

ALTERA Capitis pars quæ glabra &(vt loquitur Aristotel. 1. de histo. animal. 8.) caluę subiecta est, πρόσωπον Latinis Facies, sed in homine duntaxat dicitur, quasi πρόσωθεν ὄπωπον, hoc est, quòd antrorsus videat. Nam, vt inquit Philosophus 3. de partib. anima. 1. πρόσωπον nomen à re ipsa accepisse videtur, quod enim vnus animalium homo erectus est, solus prospicit anteuersus, vocemq; anteuersus mittit: vel παρὰ τὸ πρὸς ταῖς ὠψὶ μέρος, quasi dica-

mus, quod eſt circa oculos: vel vt Meletius, ἀπὸ τοῦ πρόσω τοὺς ὦπας φέρειν quod aſpectũ, quo anteriora proſpiciat, ex aduerſo geſtet: quapropter hoc faciei nomen, hominis naturæ tantummodo congruit. Animalium enim ratione carentiũ, docente Polluce & Atheneço li. 7. προτομὴ eſt: quemadmodum de auibus ῥύγχος (quod Atheneçus lib. 3. de porco propriè: Theocrytus verò, de cane: & Ariſtophanes de homine dici, tradit) καὶ ῥάμφος quod auibus maximè proprium, roſtrũ Polluci & Athenæo lib. 14. dicitur. Homero παρειὰ, παρὰ τὸ πεπερατῶσθαι, quaſi terminari diceres, quia ſub eo nomine non vna tãtùm ipſius faciei portio, ſed tota ſimùl facies comprehenditur ac terminatur.

Facies, qua omnia animãtia præter hominem carẽt, ea pars dicitur, quæ (vt habet author Introductorij ſeu Medici) ſub tota fronte à ſupercilijs incipiens, ad mentum vſq; circumſcripta eſt. Græcis etiã πρόσοψις: Latinis, vultus à voluntatis indicio, qui

qui pro voluntatis varietate mutatur, Seruio in Virgil. In homine enim Facies manet: Vultus verò mutatur, cuius rei vocabulum, authore Cicerone 1. de Legibus, Græci non habent: quamuis apud Poëtas non rarò, vultus pro facie accipiatur. Os Ouidio & Virgilio appellatur, ſed minus propriè. Propriè enim Facies ex Galeni mẽte dicitur id, quod eſt à ſupercilijs vſque ad menti imã partem: vel vt Pollux & Gellius loquuntur, quod fronti ſubeſt. Lata enim ſignificatione, Ariſtoteles Faciei principium in ſyncipite, vbi capilli primùm radices agunt, conſtituit, ſicq; Facies ex fronte, oculis, naſo, malis, ore & mẽto cõſtat. Hoc in ſignificato faciei nomen ſi ſumatur, tum eam, in partẽ ſuperiorem quæ Frons, & partem inferiorem, quæ propriè Facies dicitur, diuidemus.

Frons à ferendo, quòd animi indicia præ ſe ferat, μέτωπον Ariſtoteli, quaſi dicas pars faciei, quæ eſt poſt oculos: ſeu vt Meletius, οἷον ὑπέρωπον

quaſi dicas, partem quę oculis imminet, oculos enim ipſi ὄπα nuncupant: μετώπιον Polluci. Eſt autem ſuprema faciei pars, inter ſynciput & ſupercilia poſita, pilis vacua, terminatur enim ſyncipite ſeu capillorũ radicibus, ſupercilijs & tẽporibus. Verùm ſunt qui Frõtem ad faciem, alij verò qui ad caput referant. Qui ad caput referunt, Frontem appellant totum id quod inter oculos & coronalem ſuturam interiacet: & ſanè, ſi oſſa cõſideremus, rectè quidem, quia oſſa maxillarum, quæ faciem conſtituunt, facilè ab oſſibus capitis ſeparantur. Qui verò ad faciem referunt, partem depilem, carnoſasq; partes conſiderant: ſed inter hos rurſum non conuenit, alijs volẽtibus cum Ariſtotele, Frontem eam eſſe partẽ, quæ inter ſynciput, vbi capilli finiunt, & oculos poſita eſt, vt & Varro ſumpſiſſe videtur, dũ Frontem ab oculorum foratu dictã vult: alij verò, cum authore Introductorij, Frontem vocant partem eam, quæ pilis meda eſt, & inter

ſynciput, tempora & ſupercilia eſt.

Sed ad Frontem redeamus, quæ ſuam & longitudinem & latitudinẽ habet. Longitudo eius eſt, tranſuerſim ab vna aure ad alteram: latitudo verò, à ſyncipite vſq; ad ſummũ naſum. Huius cutis quæ mobilis, περιμετωπὶς Herodoto, περιμετωπίδιον Polluci dicitur: in hac plerunq; ſudoris maior copia cōſpicitur, id qđ an propter vẽtriculos cerebri huic parti velut incumbentes, ſeu vt Ariſtoteles loquitur, quod anticũ cerebrum huic incumbens ſit humidius? an propter cutis, oſſisúe raritatem ſic eſſe dicemus? Hæc & ſtrias ſeu lineas habet, ex quibus contracta fronte fiunt rugæ, quæ στολίδες καὶ ἀμαρυγαὶ Polluci, rugæ & radij: alijs ἀμαρύγματα καὶ ῥυτίδες: rugæ frontis, Ciceroni.

Frons enim corrugatur & dilatatur: corrugatur in triſtitiam, & in lętitiam dilatatur: hinc factum eſt, vt Frons accipiatur pro Vultu, pro animi noſtri affectu, quem ex fronte percipimus: hanc etiã ob cauſam

priſci

prisci Genio consecrarunt Frōtem. Frons enim, vt habet Plinius lib. 11. natur. histor. cap. 37. homini tristitię, hilaritatis, clementię, seueritatis index est. Quibus enim, inquit Aristot. 1. de histo. anim. 8. magna est, βραδύτεροι, segnes: quibus parua, εὐκίνητοι mobiles: quibus lata, ἐκστατικοὶ mente moueri idonei: quibus rotūda, θυμικοὶ iracundi. Rectè ergò Cicero, Frontem animi ianuam dixit.

Rugæ frontis duplices sunt, aliæ in longum, aliæ in latum extensæ. Extrema frontis ruga (quibusdā supercilij pellis) ἐπισκύνιον Ruffo, quod supertentorium Latinis sonat, estq; id quod oculis attrahimus, cùm aliquid altius cogitamus, aut veremur: nonnulli tamen carnosam sub superciliis partem ἐπισκύνιον appellant. Pars verò immediatè supra supercilium, protuberans, vbi plerūq; sudor copiosior, γεῖσα ὀφρύων καὶ γείσσωμα, Grunda Gazæ: ambitus genæ superioris, Plinio. Nunc ad faciei partes.

Faciei autē propriè dictæ partes sunt

ſunt quatuor pręcipuæ, Oculi, Nares, Genę & Os. Aures enim ad latera, veriùs in capite quàm facie locari videntur. Verùm de partibus ad Oculum pertinentibus & circumiacentibus, primò nobis ſit ſermo.

DE OCVLIS EORUMQ; partibus.

CAPVT IV.

CVM Philoſopho 1. de hiſto. anim. 9. ad Oculos ſupercilia referimus, quamuis ad Frontē aliqui referant. Pollux verò, Faciei partem dicit.

Supercilia (quæ veteres in Iunonis tutela eſſe putabant, eò quod ijs oculi protegerētur, vt Paulus apud Feſtum loquitur, per quos luce fruimur, quam Iunonē tribuere putabant, vnde & Lucina dicta) hirſutę ſunt frontis extremitates Ruffo, ſiue pili ſupra oculum enati: hæc ad oculi protectionem aduerſus ea, quæ supernè incidere poſſent, velut vallum quoddam à natura, vel potius ipſius opifice, conceſſa: quare Cicero

Cicero 2. de natur. Deorum inquit ijs ſudorem à capite & fronte defluentem repelli. Ariſtoteli & Introduc. ὀφρύες σκεπάσματα τῶν ὀμμάτων, Latinis ſupercilium, quòd ſupra cilium ſit: id eſt, integumentum oculi ſuperius. Superciliorum prominẽtiæ ὀφρύων γεῖσα, ſuperciliorum grũda, καὶ ἐπισκύνια Polluci. Horum pars naribus proxima ὀφρύων κεφαλὴ, ſuperciliorum caput: altera verò pars ad tempora accedẽs ὀφρύων οὐρά, ſuperciliorũ finis ſeu cauda, Polluci.

Pili ſuperciliorum, τίλοι Medicis, atteſtante Polluce. Hi, vt & pili ij, qui in palpebris ſunt, vnà nobiſcum naſcuntur: vnde Aegyptiorum ſacerdotes cùm reliquos omnes raderent, ab his ſolis abſtinebant. Animi partem veteres in ſupercilijs poſuiſſe, non ſolùm ex Cicerone orat. pro Roſc. & 1. offic. libro, ſed etiam ex Philoſopho, loco citato, liquet, qui animi ex ſuperciliorum pilis indicia propoſuit, dum inquit: ſi in rectum porrigantur μαλακοῦ ἤθους, mollem ſubeſſe animum ſignificãt: ſi iux-

ſi iuxta naſum inflexi ſunt στρυφνοῦ, auſterum: ſi iuxta tempora inflectantur μώμου καὶ εἴρωνος, deriſorem & diſſimulatorem: ſi verò in totũ demiſſi, φθόνου, inuidum indicant. Intermedium autem inter ſupercilia ſpatiũ vnde naſus incipit, quod vt plurimum depile eſt, μεσόφρυον Ruffo & Polluci: μετώπιον Hippocrati de ſuperfœt. & Polluci: alijs à ſitu, μεσώπιον quaſi inter oculos medium: intercilium, Iſidoro: alijs glabellum: glabra ſiue glabella, Martiano Capellę libr. nupt. eò quòd glabra ſit hęc pars. Hoc loci Straton Philoſophus, teſte Plutarcho, animi principatum ſtatuit. Quando verò Supercilia coëunt, (vt in Auguſto fuit obſeruatum) ita vt hoc interſtitium ſit hirſutum, συνόφρυς, Theocryto: μίξοφρυς, Cratino dicitur. Frontis pars in qua ſupercilia concurrunt ſeu coëunt, συνοφρύωμα Homeri ſcholiaſtæ. Partes carnoſę ſub ſupercilijs ὑποσκύνιον quibuſdam, atteſtante Ruffo. Cauitas orbiculariter circumſcripta, quę & oculos & palpebras

pebras complectitur, κόγχη ἢ κόγχος oculi orbita & cauitas, Polluci dicitur.

Tunicæ sub supercilijs oculos tegentes, quæ ad visus recreationem crebrò inuicem committuntur, & ne quid extrinsecus noxij incidat, oculos operiūt, maximè dum dormimus visoriæ virtutis, vt habet author Introduc. auertēdę gratia, quo melius homo conquiescat: dicuntur Aristoteli & Introdu. βλέφαρα quasi τοῦ βλέποντος φάρεα, hoc est, visus tunicæ, vel opercula: vnde à Poëta quodam Gręco non illepidè ὀμματόφυλλα, id est, oculi folia appellātur Meletio verò, βλέφαρα dicūtur διὰ τὸ προφαίνεσθαι, ἢ διὰ τὸ αἴρεσθαι αὐτὸ ἐν τῷ ὁρᾷν, quod primum ostenditur, vel quod in cernendo attollitur. Sed & Hippocrati βλέφαρα alibi καμπύλα, alibi περιτεταμένα tanquā retorta, vocantur. Polluci peculiariter καλύμματα tegumenta. Nicandro, σκυνία: τείχη Galeno: ἔλυτρα Aristot. loco citato, & Polluci: ἐντειχώσεις Hesychio: ταρσοὶ Meletio, eò quòd carnis

carnis expertes ſint, quoniam & pedis dorſum tali nomine donatur. Plinio, Terentio, Ennio & Quintiliano, genæ: alij, eas partes putāt genas dici, quæ ſunt ſub oculis. Ciceroni 2. de natura Deorum, palpebræ, quas oculorum tegumenta eſſe dicit: cilium Feſto & Lactantio de opifi. vulgo palpebræ. Hæ duplices ſunt, altera ſuperior, quę à ſuperiori parte oculos claudit, quæ κοιλὶς καὶ ἐπικοιλὶς Polluci: cuius extremum ambitum, veteres cilium, atteſtante Plinio, vocarunt, vnde & ſupercilia: ſuperiorē verò partem σκυνία dixit Pollux. Lineæ & quaſi rugæ, quę ſuperiori magis ſunt familiares ῥυτίδες καὶ ἕλιγγες ſiue ἕλιγγες poëtis, Polluci. Altera verò, quę ab inferiore parte oculos claudit, palpebra eſt inferior, cui magis quàm ſuperiori genę nomen conuenire ſunt qui velint: huius tota pars exterior κοῖλον καὶ ἀνάκοιλον. Superioris palpebræ ſuperficiei quod ſuperimpendet, κοῖλον, id eſt, cauum, Ruffo: regio autem illi ſub inferiore palpebra reſpōdens,

ὑπόκοιλον ſubcauum Ruffo, quibuſdã ὑπώπιον, ὑποφθάλμιον ſuboculare: generaliter enim quicquid oculis ſubeſt, ſic dicitur, & hoc in hydrope & cachexia & hęmorrhoidum longo fluxu & antiqua menſtruorum purgatione, nonnunquam etiam inchoantibus lippitudinibus, intumeſcere conſueuit. propterea id genus affectus, quoniam cauæ partis tumor eſt, Græcè κοιλοιδία dicitur. Verum Introductorio propriè κοῖλα, concaua, dicuntur cauitates ſub oculis in vtraq; naſi parte ſitę. Quãdo verò palpebræ oculis ſuperinductę ſunt χάραξ Galeno: Ciceroni 2. de natu. Deor. ſubgrundia & ſuggrundia, deducta ſignificatione, ab ea parte tecti quæ prominet, qua ſtillicidia à parietibus arcentur, quę ſubgrundia & ſuggrundia, vt oſtendit Budęus, dicuntur: qua voce & Varro 3. de re Ruſtic. 3. vſus: alijs, vallum dicitur. Genarũ, vel, vt vulgo, Palpebrarum extrema ora, quæ inter dormiendum ſe mutuò contingunt, vel extremus palpebrarum ambitus,

ámbitus, quo velut fimbriola enaſcũtur pili, ὄρχος, ἔλυτρον, ἐνσείχωμα Introduc. & Ruffo: ταρσοὺς ſiue κοιλὶς Theophilo medico, qua de re Pollux & Ruffus: palpebrarum crepido, putamina: antiquis cilia.

Pilos inde enatos βλεφαρίδες Ariſtot. Introd. Polluci & Ruffo: cui & ταρσοί: Nicãdro σκιώνια: quibuſdam χάραξ, cilia Gazę: pili palpebrarum, Celſo: palpebræ à frequenti palpitatione Plinio, Lucretio & Terentio. His munitæ ſunt palpebræ, tanquam vallo pilorum, non modò ornatus oculorum gratia, ſed vt ſpiritus viſiuos, vel, vt eſt in Introduc. radios ab interiore parte effuſos, perſpiciendi gratia dirigant (his enim elapſis, vel retortis, nequaquam animans ſimiliter in rectum vel in lõgum videre poteſt) & ſimùl cum palpebris ceu vallum quoddam viſus, oculos contra occurſantia animalcula, pulueres & alias ſordes, fortuito illapſuras muniãt: eorundem quoque nictus creber in vigilantibus eſt, tum vt viſus recreetur, tum

ne quid violenter oculis incidat. V-
triuſq; verò genę, ſeu, vt vulgò, pal-
pebræ cilia ſeu extrema, dum inter
dormiendum ſe mutuo cōtangunt,
Ruffo στεφάναι, id eſt, coronę, & χηλαὶ
vngulę, dicuntur.

Circuli vtrinq; duo ad oculorum
latera poſiti, lateralesúe extremita-
tes, quas Ariſtoteles loco citato ſu-
perioris inferiorisq́; palpebrę par-
tes communes dicit, à Ruffo ad παρ-
σὸν, ab alijs ad oculum referuntur:
κανθοὶ Ariſtot. & Introd. ἀπὸ τοῦ κνήθεως
quaſi pruritum ſentire interpreta-
reris, cùm plerunque in ipſis ob la-
chrymarum effluxū, ſiue cùm alium
humorem adhiberi accidit, pruri-
tus ſentitur. Latinis anguli oculo-
rum, Hirqui Suetonio & Seruio in
Virgil. quod ab oculis hircorum,
qui ob libidinis ardorē retortis in
angulum oculis capras obliquè a-
ſpiciunt, tractum eſt. Horum vnus
vtrinque, qui Naſo proximus eſt,
maior & internus cāthus, vel angu-
lus: ἐγκανθὶς propriè (quamuis & cā-
thorum radices Galeno 4. κατὰ τό-

πους

πυς & Polluci ἐγκανθίδες καὶ ἐπικανθίδες dicãtur) ῥαντὴρ, quaſi dicamus perfuſor Polluci, & πηγὴ Heſychio, quod inde lachrymæ emanent, dicitur. Quo autem loci lachrymæ emanare vidẽtur, cauitas eſt, quæ πηγὴ, Latinis fons: Virgilio verò, ob quandam ſimilitudinẽ ſinus dicitur: fora mina verò minutiſſima lachrymarum cauſa facta, puncta lachrymalia Fallopius vocauit. Carũcula eo loci poſita, Veſalio & Fallopio ἐγκανθὶς ἢ ἐπικανθὶς dicitur. Alter vtrinque angulus tempori finitimus, minor ſeu externus canthus & angulus exterior, παρώπιον Polluci: παρωπίον, Nicandri ſcholiaſtæ. Hi, vt habet Ariſtoteles, ſi iuſto ſint lõgiores, κακοήθους malorum morum notam: ſi carnoſi more pectunculorum ſint, qui naribus iungãtur, πονηρίας malitiam præferunt.

In horum medio, vtrinq; ſub ſuperciliјs & palpebris, non aliter atque ſub teſta conchæ, naturaliter duo cõſtituti ſunt *OCVLI* (qui tanquã ſpeculatores in eminentiſſima

parte sedē habent) vidēdi instrumē-
ta, quos Plato nobis duces esse ait,
vt diuina propius cognoscam⁹, quā
ob causā Galen⁹ diuina nominauit
mēbra & quanto visus reliquis prę-
stat sensibus, tanto quoque oculus
alijs membris. Qui, teste Aristotele,
ad rerum scientiam plurimùm con-
ferūt: cùm longè plures quàm reli-
qui sensus rerum differentias nobis
ostendāt, ita vt sint ceu quędam κά-
τοπτρα mentis. Hanc enim detrahe,
& quis erit oculorum imò cætero-
rum omnium sensuum vsus? Qui vt
mente quidem ad suum opus nil in-
digeant: tamen nisi pręstò ea fuerit,
huc intenta, nullus sensuū vllā vim
efficiendi habebit vt rectè dictū sit:
νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δὲ ἄλλα κωφὰ καὶ
τυφλά. In oculis ergò animus inha-
bitat: in his natura hominis ac taci-
tus sermo exprimitur, cordis.n. nū-
cij sunt, quorum tum intentione, tū
remissione, tum coniectu, tum hila-
ritate motus animorum pręsentiā-
tur. Hi lucis vsu vitam distinguunt à
morte. Quare caput esse conditum
&

& ſurrectum propter oculos, non malè Galenus & poſt eum Auicenna, cenſuerunt: idcirco Oculos, ait Ariſtoteles 1. de hiſt. anim. 10. omnia animalium genera habent, præterquam τῶν ὀστρακοδέρμων, & ſi quid imperfectũ aliud eſt: tum ea quæ animal generãt omnia, præter Talpã, quã modo quodã habere dixerim, cùm tamẽ omnino habere negem, cùm nec videat, nec perſpicuos habeat oculos: verũ ſiquis prætenſam membranã detrahat, locus oculorũ apparet, & pars nigra eorundẽ: ſitus deniq; & deſcriptio eadẽ, quam legitimã conſpicui oculi obtinent.

Dicuntur Oculi ὀφθαλμοὶ, quaſi ὠπὸς θάλαμος, vt Oppiani ſchol. annotat: vel, vt Meletius, ἀπὸ τοῦ ὀφθῆναι παρέχειν ἅπαντα, quòd omnia viſui peruia reddant: aut quòd oculorũ ſint thalami, ex quibus viſus emicat, obidq; ab alijs φάεα dicti ſunt, quòd ex ipſis lumen, quod Græci φῶς nuncupant, progrediatur: ἢ ὅτι φωτὸς εἰσι κριτικοὶ, quòd videlicet diſcernendi luminis vim obtinent.

Quidam ob id ipſos ὄμματα dixerũt, οἷον ὅρματα ἢ ἅρματα, quòd ex ipſis viſibilis ſpiritus cum impetu feratur, & idem qui in oculis eſt, per ipſos exeat atque eiaculetur. Aeolico autẽ idiomate ὀπτὰ, quæ circa oculos ſunt, appellare conſueuerunt. Sed & Homerus oculos ὄσσε plerumque dixit, quod ad ſibi ſubiecta rectè dirigãtur. Ab alijs ὦπας, παρὰ τὸ ὀπὴ à foramine, denominatos conſtat: ὀπὴ enim, proprio nomine terebratus locus nuncupatur, per quem nobis aliquid intueri facultas datur. Poëtis Ionico more, vt & Hippoc. ἴλλοι, ἀπὸ τοῦ εἰλεῖν à volubilitate: ὄψεις, βοῦλβοι, κύκλοι. Spartanis ὀπτίλοι, quibuſdã δέργματα, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, οἷον τὸ βλεπόμενον δέρκεσθαι, quòd ſcilicet illud, quod cernitur, cõprehendant. Heſychio ἡελίου πύλαι, id eſt, ſolis portæ. Latinis Oculi, ab oculendo Varroni, quod ciliorum teguminibus ſeu palpebris, vt habet Lactantius de opificio, occulantur.

Oculorũ autem alij, inquit Philoſophus loco citato, ſunt grandes,

alij parui, alij medij. Medij, optimi habentur: & hi vel nimium prominent, vel profundi sunt, vel medio modo se habent. Profundi ὀξυωπέστατοι, id est, clarissimè cernere possunt (& hi forti sunt quos Cicero, eruditos oculos vocauit) etiam in omni animalium genere. Medio modo se habentes, ἤθους βελτίστου optimorum morum nota: & hi aut σκαρδαμυκτικοὶ nimium cõniuent, aut ἀτενεῖς, rigidi, aut medio modo se habent, mediocriterque conniuent, hique optimorum morum sunt. Illorum verò, alij quidem ἀναιδεῖς impudentiæ (quam Agamemnoni Achilles exprobrauit, cùm eundem κυνώπην appellauit, hoc est, vt Poëta paulò pòst explicat, κυνὸς ὄμματα ἔχοντα) alij verò ἀβέβαιοι, inconstantię indices sunt: hactenus Philosophus: rectè ergò Cicero in oratore, oculos animi indices dicit.

Oculorum vt diuersæ partes, ita & diuersa sunt nomina: circulus enim minor, qui in medio oculi instar puncti prænigrũ cernitur, cuius

ope videmus, Aristot. Introd. & aliis κόρη, οἷον χόρην ἐκ τοῦ δι' αὐτῆς χεῖσθαι τὸ ὁρατικὸν πνεῦμα, quòd per ipsam visibilis spiritus diffundatur. Ruffo etiam γλήνη, παρὰ τὸ τὸν νοῦν γαληνοῦσθαι, quia mentem tranquillam ostendat, mẽtis enim dispositionem oculi indicant: vel dicitur à lucendo. Meletio ἴλλοι, ἀπὸ τῆς ἰλήσεως, quòd inuolutos in se plures humores contineat. Plinio, pupilla: Ciceroni 1. de natu. Deor. acies, quam pupillam vocari docet, cui lib. 2. vti & Lucretio, pupula dicitur: visio nonnullis, & à colore nigrum oculi dicitur, estque Vueæ tunicæ foramen, per quod spiritus visibiles permeant. Splendor in pupillæ medio existens, vbi imago cuiusque rei visæ tanquam in speculo relucet, κόρη quibusdã, Ruffo teste: γλήνη Polluci, qui dicit esse τὴν τῆς κόρης αὐγὴν, pupillæ splẽdorem: lux & acies oculorum, nõnullis pupilla. Simulachrũ quod in acie apparet γλήνη Ruffo, Glenam verterunt.

Circulus verò maior, inter pupillã

&

& album interiacens, pupillamque ambiens, Introd. ἴρις, iris à diuersitate colorum, à cœlesti enim Iride, quia ambo versicolores sunt, nomen accepit: σφενδόνη Polluci, quòd pupillam in se contineat, vt funda lapidem, vel circulus aureus gemmam, cui & γραμμὴ κυκλοτερὴς, linea circularis dicitur: στεφάνη corona Galeno, quòd coronæ modo nigrũ cingat. Huius partes pupillæ proximæ & nigrę, πρόσοι Polluci: vel, vt ait Aristoteles, quòd pupillam ambit, μέλαν nigrum dicitur, quod (vt idem cap. 10. monet) colore variat. Alijs enim μέλαν nigrum: alijs σφόδρα γλαυκὸν, valdè cæsium: alijs χαροπὸν fuluum: alijs αἴγωπον caprinũ, quod morum optimorum indicium est, & ad visus claritatem optimum. Idẽ 5. de Gener. anim. 1. nigrum, glaucum & varium: in Problem. nigrũ, subnigrum & glaucum agnoscit. Galenus tres constituit: glaucum, nigrum & medium. Cęterum color hic oculorum fit aut multitudine, aut paucitate certi humoris, aut situ

ſitu quodam. Solus enim potiſſimũ animalium homo, oculos diuerſi coloris habet, cuius cauſam Galenus alibi ſatis dilucidè docuit, cæterorum, vt inquit Plinius, in ſuo cuique genere ſimiles, equis, vt habet Ariſtoteles, exceptis, qui oculis interdum cæſijs gignuntur.

Circulus iuxta Irim qui albugini proximus eſt, albumq́ue attingit, ἅλως Polluci: pupillæ lymbus, nebuloſo circa Solem aut Lunam circulo perſimilis exiſtẽs, dictus eſt Volchero, Album candidumúe oculorum, quod ad latera poſt pupillam cernitur, & nigrum circũdat λευκὸν, id eſt, albũ Ariſtot. & Introd. quod magna ex parte ſimile in omnibus eſt, σφενδόνη Polluci: κυκλώπιον Ariſtoteli 4. de hiſt. anim. λογὰς (ἀπὸ τοῦ λοξοῦ ab obliquitate, ex Homero) Nicandro & Polluci, quamuis oculi λογάδες Suidę dicantur. Albumen oculi candidum ſiue albugo Gazæ, pars corneæ tunicæ eſt. Vbi album finitur, & palpebrarum ſunt fines πτέρνος Polluci: Latinis, extremitas

vel

vel trūcus albi oculorum vocatur. Quod verò ſpatium oculos parte interiore ambire videtur, κόγχος Polluci: πυελὶς Ruffo: oculi peluis, cauū oculi, auroræ Volchero. Totus oculorum ambitus, ἠὼν Polluci. Denique ſub oculis inſurgentia, vel oculis ſubiecta oſſa, propriè ὑπώπια ὑποφθάλμια, Ruffo & Polluci: ſubocularia rectè dicuntur.

DE NASO EIVSque partibus.

CAPVT V.

NASVS, qui præ cęteris partibus hominis faciem formoſam, maximeq́; deformē reddit, & quaſi mur⁹ oculis interiectus eſſe videtur, Philoſopho 1. de hiſt. anim. 11. faciei pars eſt, quæ meatū ſpiritui præbet, cum ea parte aërem reddamus & accipiamus. Rectè ergò Nares ſurſum ſunt, vt ait Cicero 2. de natu. Deor. & quòd omnis odor ad ſuperiora fertur, & quòd cibi & potionis iudicium magnum

earum ſit, non ſine cauſa vicinitatē oris ſecutæ ſunt. Dicitur autē Græcis ῥὶν καὶ ῥὶς Ariſtot. & Introd. à ῥέω quòd per nares ſordes & ſuperfluitates capitis effluant: ῥώθων Polluci: μυκτὴρ Ariſtoteli: quibuſdam μυξωτὴρ à mucore, pituitoſo excremento per ipſas deſtillante, quem Hippocrates & Heſiodus μύξαν mucorem, Athenięſes verò coryzam vocant.

Diuiditur autem Naſus in partē ſuperiorem quæ Oſſea & immobilis eſt: & in partem inferiorem, quæ cartilaginea & mobilis. Superior pars oſſea, quæ vtrinque ad malas vergit & dorſum naſi vocatur: quibuſdam, ſummum naſi. Huius rurſum ſuperior pars, quæ ſupercilijs vel potius glabello proximè ſubiacet, Polluci, ſed impropriè ἠθμὸς colatorium, quod ibi ſpiritus veluti percolando attenuetur, dicitur: huius verò pars acuminata, quæ oſſea eſt, Polluci ῥινὸς ῥάχις naſi ſpina & ſcapula vocatur. Inferior verò cartilaginoſaque pars, vbi in nares ſe fundit,

dit, Polluci ἀκροῤῥίνιον, nasi summitas: vel imũ nasi cum veteribus Suetonius dixit. Cauitates externę inter partem osseam & cartilagineam, κοιλίαι Volchero. Extrema nasi rotunditas, orbiculusúe protuberans σφαίριον ob rotunditatem Polluci & Ruffo: nasi orbiculus, pirola à forma, Isidoro: globulus & caput. Pulpæ vtrinque nasi orbiculum externè sepientes & foramina ambientes, quæ in vehementiore spiritus difficultate, & cùm voluerimus, mouētur, Polluci ὑπήναι ἢ πτερύγια Introductorio: alæ & pinnę narium: pinnulæ Isodoro. Interiora autē μύξαι καὶ θαλάμαι Polluci: ipsarum autē fundamentum ληνοὶ lacus, eidem. Nasi fenestræ, seu respirandi foramina, spiraculaúe duo, quę in infima & latiore eius parte conspiciuntur, & ad dextram sinistramúe sunt mobiles (natura enim, vt ait Philosophus, nares mobiles esse voluit, nec sicut aures sua compage immobiles) ῥίνες Hesiodo: ῥίνια Aristoteli: ῥώθωνες Dioscoridi: μύξαι Sophocli & Atticis:

ticis: μυξωτῆρες munctrices, Ruffo & Introductorio: μυκτῆρες Aristoteli & Galeno ad Glauconē, ἀπὸ τοῦ μυκτηρίζειν quod subsannare est, quia illos quos deridere solemus, muco dignos existimamus: siue quòd mucus, quem μύξαν vocant, per ipsos egrediatur: vel quòd in ipsis meatus quidam sunt, qui ab eis μύξαι dicuntur: θαλάμαι cauernę, Polluci. Latinis nares, à naritate seu gnaritate, vt inquit Donatus, quòd nos odoratu doceant præstò ac prope esse quod oculi adhuc non vident: vel quia per eos vel odor, vel spiritus, innare non desinat, cuius nomine semper patent: quibusdā nasi promuscis. Contractiores tamen, ait Cicero, habēt introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit peruadere: habent & humorem semper ad puluerē, multaque alia repellēda, non inutilem. Vtrunq; meatū κενὸν inane, vocat author Introductorij: bipartito enim tramite quasi pariete distinctus est Nasus, & quidem cartilagine intermedia, quę διάφραγμα Aristo-

Aristoteli: στυλὶς, κίων Introductorio & Polluci: columna, discrimen vel interseptum narium, Gazæ: interfinium, Isidoro: imbrex narium, Arnobio. Huius carnosum & externum interseptum à globulo ad labrum vsq; descendēs, κίων columna, Polluci & Ruffo vocatur.

Pili deniq; naribus innati, Vibrissę & Vibrissi, Paulo apud Festū dicuntur, quòd ijs vi euulsis, caput vibretur & concutiatur: horum vsus esse creditur, vt impediāt, ne animalia maiuscula per nares intrare possint.

DE MALIS QVÆ COMMUNITER Genæ dicuntur.

CAPVT VI.

FACIEI partes, quibus solus homo donatur, quæ sub oculis sūt, & inter nasum & aures vsque ad mentum sese extendunt, μῆλα Introductorio & Polluci: quibusdam κόῤῥη καὶ σιαγόνες, ὅτι σείονται πελαζόμεναι, ex eo videlicet, quòd præ sui agitatione cōcutiantur, ait Meletius: siue

quòd nos clauſas ipſas continentes ſilentia agimus, quod ipſi σιγᾶν dicunt. Malæ, Plinio: à maxilla ſic dictæ Ciceroni in oratore: priſcis Genæ dicuntur, quòd in his pili gignãtur, quas radi in fœminis, duodecim Tabularum interdicto, antiqui vetuerũt: vel quòd per ipſa genera marium, fœminarumq; & qui perfectæ ætatis, atque imperfectę ſunt, diſtinguantur. Cicero enim libro de legib⁹ inquit: Mulieres genas ne radunto. Hæ oculis ab inferiore parte ſubiectæ, eos tutantur, eorumque inferior eſt munitio.

Diuiduntur autem, in ſuperiorē & inferiorem, Hippocrati ἐς τὴν κάτω καὶ ἡ ἄνω γνάθον, παρὰ τὴν γνάμψιν καὶ κάμψιν τῶν ὀςῶν, quod ſcilicet incuruãtur flectunturq;, vt habet Meletius. Ariſtoteli in Phyſiognomonicis, ἡ ἄνω καὶ κάτω γένυς.

Superior pars leuiter inter naſum & aurem ſub oculis eminēs ac mali inſtar rubens, quę pudoris ſedes Plinio, eo ꝙ rubor ea in parte, maximè per pudorē, cernatur, Hippocra-

ti,

ti, κύκλ☉ προσώπου faciei circulus: nã in malis orbicularis quædam rotunditas cernitur: παρειὰ Homero, παρηὶς Euripidi: μῆλον malum, Polluci: non solùm à similitudine malorum tàm quoad formam, quàm colorem, vnde & Pomum faciei, verum etiam quòd in vere ætatis floreant: παρειαὶ καὶ γνάθος Polluci. Gena Latinis. Sedes inter nasum & malas mediæ, nonnullis, vt vult Vesalius. κοῖλα, cõcaua dicuntur, vt capite 3. ostensum fuit, quo nomine alij totam oculorum sedem, quæ γλήνη, à palpebris ad malas extensam, vocarunt.

Pili autem, qui primò hominis faciem vestiunt, ἴουλοι, ab iulo verme, qui numeroso pedum ordine fertur: vel, vt Meletius, ἀπὸ τοῦ λέγειν, ꝙ illos cùm primùm oriri incipiunt, ad dicendũ audentes reddant: χνοῦς pubes, Polluci: γενειὰς Callimacho & Aristophani: ἴονθος Suidæ, ἀπὸ τοῦ ἰέναι καὶ ἀνθεῖν: quidam tamen radices enascentium pilorum ἰόνθους dicunt: πώγων lanugo, Polluci & Poëtis: cùm verò, iam completa fuerit,



γένειον barba, Polluci dicitur.

Inferior Malæ pars, quę laxior & ſpiritu à pulmone reuocato & oppreſſis labijs retento inflatur, γνάθος propriè, qua voce Herodotus peculiariter pro inferiore maxilla vtitur, Camerario teſte: γναθμὸς Homero: γένυς gena, Ariſtoteli 3. de hiſto. animal. σιαγὼν Atheneo: Horatio & Perſio, bucca. Sonus, qui ex inflatione buccarum erumpit, ſcloppus Perſio, fictitio nomine dicitur. Extremos verò ambitus, priſci (vt vult Volcherus) cilia vocabant. In Gena inferiore, vel propriè bucca, in ridentibus rima, in alijs lineæ ſiue rugę, in quibuſdam verò fouea appareret, quod vmbilicum veneris dixere, alijs gelaſinum: Martiali, gelaſinus à γελάω rideo. Tota verò pars à ſupercilijs ad elatiorem vſque dentium ſeriem, ἡ ἄνω γένυς, ſuperior maxilla nominatur: quemadmodum altera quæ in viris barba decoratur, ἡ κάτω γένυς inferior maxilla, dicitur.

DE

DE ORE, LABIIS, EOrumque partibus.

CAPVT VII.

PARTEM à naribus ad labium vſque ſuperius, vbi primum lanugo prorumpit, μάσταξ, communiter μύσταξ Introductorio, Polluci & Euſtathio, ἀπὸ τοῦ μυκτῆρος à muco narium, qui illic deſtillat: ὑπόρρινον Ruffo: ὑπήνη Ariſtoteli & Homero eſt: Muſtacem, vertit Gaza. Cauitas autem ſub naribus valliculæ inſtar impreſſa, hyporrhinum & labrũ ſuperius findens, φίλτρον Polluci & Ruffo, quaſi amatorium, ſiue amabile dixeris, vel amoris illecebra, velut eſſet quoddam in amorem illectamentum. Lactantio, per ſimilitudinem, lacuna: alijs, imbricata lacuna: ſulculum, vocat Veſalius.

Barbæ in hac parte exortus, cùm pili adhuc molles ſunt, ὑποῤῥίνιον καὶ προπωγώνιον, id eſt, anterior barba, quæ ante inferiorem progerminat, Polluci: Probarbium, dicere liceat. Pili poſtea adaucti & vtrinque ri-

gidi eminentes μύστακες Ruffo, seu μέστακες, ἀπὸ τοῦ μεστοῦσθαι τριχῶν, quasi pilis refertos esse interpretareris. Latinè, mystaces vocantur: Iuuenali verò, alę dicuntur.

LABIA succedunt, quæ & labra Ciceroni de Diuinatione & Persio, oris musculosæ extremitates, os quatenus aperiunt & claudunt, cõstituentes, Aristoteli 1. de historia animalium 11. χείλεα, ἀπὸ τοῦ χέειν λόγον, quòd sermonem fundãt: vel, οἷον ἐχείλη, quasi quòd ipsum os teneant & eius dentiumq; ceu æditui habeantur, inquit Meletius: ἕρκος ὀδόντων septum dentium, Homero: hæc enim velut vallum quoddam ad tegendã dentium deformitatem à naturæ opifice summo, data. Aristophani, χελύνει labrum: μῆλα etiam dicũtur, attestante Polluce.

Duo autem sunt labia: labrum superius Cęsari, quòd ἀνώχειλον, alijs generaliter labrum: quibusdam & labrum superius & in eo enati pili, μάσταξ dicitur. Inferius, κατώχειλον, labrum inferius, quòd impropriè labrum

brum

brum dictum volūt, sed labium vocandum cēsent, inter quos est Donatus: ita tamen confusè leguntur labrum & labium, vt in nullo discrimine sint ponenda. Horum partes extremę prominētes, πρόχειλον Ruffo: περιχειλίδιον, Polluci: περιβολὴ χείλεος, Hippocrati: μύσταξ, Homero: prolabia, Latinis dici possunt. Rubentes verò eorum partes in complicatione & commissura, περιστόμια καὶ περιστόμιον Polluci & Ruffo: hæc, multorū sententia, rubent propter sanguinis plurimū affluxum. Rimæ autem eorum ῥαγάδες vocātur, quod nomen & alijs membris conuenit & potius inter morbos cōnumeratur. Porrò, foramen in buccarum medio, quę à labijs cōstituitur cum mutuo diuiduntur, seu inter maxillas & labra, vt loquitur Aristoteles, reliquaque omnis vsque ad fauces inanitas, στόμα Aristoteli & Introductorio: λογεῖον, quoniam per id sermo prodit, Polluci: μάσταξ, Homero, χάνος ab hiatu, comicis: ἀνθερεὼν, Nonno: Latinis os, quibusdam

bucca. Vltimus oris angulus ac cõpago, vel buccarum pars circa labiorum confinia κημὸς: Aureliano & Polluci χαλινὸς, quòd ſit veluti frenũ & retinaculũ oris, ab equis verbũ mutuo ſumptũ eſt, qui eadẽ in parte frenis maximè coërcentur. Pars quæ in homine ridente lineis quibuſdam terminatur, rictus Iuuenali & Martiali dicitur: Græcis σέσηρος à σαίρω, id eſt, os in rugas diduco.

Inferioris labij pars, vel potiùs inferioris maxillæ acies (Maxillę σιαγόνος pars prior, mentum γένειον: poſterior verò, mandibula γένυς Ariſtoteli 1. de hiſtoria animal. 11. dicitur) facieíue pars ima, quę in acutum quaſi tẽdit, figura oblonga & orbiculari, vt author Iſogoges tradit, ἀνθερεὼν, ἀπὸ τοῦ ἀνθεῖν, quòd in ea barba efflorescat: γένυς, Euripidi: γένειον, Introductorio & Xenophonti, καὶ γενειὰς: à nonnullis πώγων, quòd hęc pars in barbatis præcipuè barba exornetur. Ciceroni, mentum, à memini quibuſdam, quòd eius inter recordandum aliquis vſus eſſe videatur:

alijs

alijs ab eminendo, quia à gula emineat: hoc Plinius homini tãtùm tribuit, & si rotundum sit iuxta Pythagoram, animi effœminati indicium esse solet. Mento verò fouea ornatus causa impressa, quę in quorundam mento crassior cernitur τύπος Polluci: νύμφη nympha, Ruffo, qui inferioris labij cauitatem esse dicit: sed si rotunditas adfuerit, ibidem σφαίριον appellatur, tanquam mentum esset orbiculare. Menti acuta pars in maxilla inferiore eminens, ὀξύγενυς Polluci: carnosa sub inferiore maxilla mẽtoúe pars, ad faucium principium desinens, λαυκανία Ruffo dicitur (quidam tamẽ carnosam hãc partẽ, vt monet Ruffus, mentũ: λαυκανίαν verò, cauũ iugulo proximũ appellauerũt) ἀνθερεὼν Polluci & Ruffo, ἀπὸ τοῦ θέλειν ἀνθεῖν, quòd pili ibidem floreãt: buccula forsan à similitudine, cum Suetonio dici potest.

Barba in summo mento est, quæ tota cùm primo erumpit χνοῦς lanugo, Didymo: cùm verò adoleuit, ὑπήνη (propriè tamen ὑπήνη barbam

quę circa labia eſt, ſignificare volũt) γένειον καὶ γενειὰς Homero: πώγων Theocryto, quod in lanuginis egreſſu ætatis ſtabilimentum, quod ab illis πῆξις nuncupatur, denotet. Barba, Ciceroni: veſtis, Virgilio. Verùm quatenus mento & inferiori labio annaſcitur, Ruffo, Polluci & Suidæ πάππος, pappus, quòd carduorum florib⁹ ſimilis ſit. Pilos barbæ, γενειάδας Homerus dixit: ſub mento verò ſyluulæ inſtar prodeuntes pilos, ὑπήνην Hypenam Ruffus dixit: Meletius pilos qui ſub barba ſunt ita vult dictos, ἀπὸ τοῦ ὑπεῖναι καὶ ὑποκεῖσθαι τῷ γενείῳ quòd barbæ ipſi ſubiectæ viſuntur. Pollux verò tàm pilos ſub naribus, quàm labiĳ inferioris, ſimul ὑπήνας dicit.

DE AVRIBVS, EArumq; partibus.

CAPVT VIII.

ARISTOTELES 1. de hiſtoria animalium 11. aures capitis partes quibus audimus eſſe dicit, quę homini tantùm ſint immobi-

mobiles, & per quas Alcmeon capras ſpirare voluerit. Verùm eorum quę audiũt, alijs eſſe auriculas, alijs deeſſe, ſed ipſis audiendi meatũ patere. Qua enim animal generant, omnia auriculas habent exceptis vitulo marino, delphino & reliquis ita cetarijs. Secuti ergò Philoſophum, auditus organa non in facie, ſed capite locabimus, quæ, vt habet Cicero 2. de natura Deorum, extrà eminent & tegendi (auditus) cauſa factę, tutandiq́; ſenſus, & ne adiectę voces laberentur atque errarent: priuſquam ſenſus ab his pulſus eſſet: ſed duros & quaſi corneolos habent introitus, multisq́; cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur ſonus.

Situm, aures hominis eundem in orbe quo oculi obtinent, in capite nimirum, propter rationem quæ à Cicerone 2. de natura Deorum traditur: cùm enim aures ſonum recipere debeãt, qui natura in ſublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ ſunt.

Gemi-

Geminæ factę, vt vna lęsa, altera frui possimus. Sunt autem aliæ, vt habet Philosophus loco citato, læues, aliæ pilosæ, aliæ medium tenēt, & hę ad audiendum aptissimę. Item alię magnę, alię paruæ, aliæ mediocres: & aut nimium, aut parum, aut mediocriter erectæ: & hę optimorum morum, notam habent: at què magnę & erectæ μωρολογίας ϗ ἀδολεσχίας, stultitię & loquacitatis indices sunt.

Dicuntur Aures Græcis ὦτα καὶ οὔατα, quæ à voce accipienda nomē sumpsisse censentur: ἀκοαὶ Polluci & Lucano. Aures, ab hauriendo, Lactantio & Virgilio, quòd sonum vocemq́; accipiant, & quasi haurire videantur, cuius nomine, vt rectè Cicero, semper patent: eius enim sensu, etiam dormientes egemus: alijs quasi audes, ab audiēdo: alij à Gręco αὐδὴ, quod vocem significat, quæ solo aurium instrumēto percipitur, deducere malunt.

Nunc ad aurium partes accedamus: Meletius quidem aures in supinam

pinam & profundam, atq; inter has mediam diuisit: Aristoteles verò omnia de Auribus vocabula obscura & incerta esse putat, preter vnicũ τοῦ λοβοῦ, tamen quæ Medici & authores illis nomina imposuerũt, referamus.

Omnis Cartilago aurem ambiẽs, auricula exterior dicitur. Aurium partes superiores, λοβοὶ propriè dicuntur Hesychio & Suidæ: suprema verò pars cartilaginosa versus tempora expansa, lata atque decliuis, Ruffo & Introductorio πτερύγωμα, ala: πτερύγιον alula Polluci: pinna Gazę, alijs pinnula. Huius extremus ambitus vel totum id, quod aurium extremam oram ambit, ob variam circumuolutionem, ἕλιξ voluulus Ruffo: & per metaphorã κοχλία Polluci: capreolus Latinis, cuius finem qui subbreuis est, αὐτιλοβίδα Ruffus nominat. Pars refracta & ab anteriori in posterius retusa, atque in ipsis summitatibus reflexa, in circuitu vsque ad lobum κυβοειδὴς cubiformis dicitur Introductorio: alijs

κυρτοειδής, curuiformis, siue gibbos⁹.
Sub hoc semicirculus rotundus in mucronem exsurgens ξυστὴρ Xyster, eidem appellatur. Interior auriculæ ambitus in cuius medio cauitas, ἀνθέλιξ Ruffo: σκάφος linter, à nauiculæ similitudine Polluci: scapha Latinis. Cauitas ipsa aurium interior post anthelicem, κόγχη Ruffo & κογχίον, concha Latinis: cuius pauimentum κρότων, à plausu, vel quasi ricinus Volchero. Superior verò cauitas. ἀστακὸς Polluci. Quod conchę respondet iuxta temporis finem, ad interiorem neruum, τράγος Ruffo & Polluci: Latinè, hircum dixeris: vocatur etiam à forma καμάρα camara. Huius pars quæ circa tēpora est, ἀκόνη, pila instar cuius cauata videtur, Polluci: opposita verò ex crassiore anthelice, quæ versus tempora protuberat, ἀντίτραγος Polluci. Cauitas iuxta meatū auditoriū, in qua velut in alueo sordes colliguntur, κυψέλη aluearium, Hesychio & Polluci, διὰ τὸ κύφον, ἢ κογχῶδες dicitur, quòd concauum videlicet, cōchilia-

chiliatumq́; ſit, quia vaſis huiuſmodi ſimilitudinem habet. Sordes verò, quę in auriũ cauitate colligũtur, ab illis κυψελὶς denominãtur, & quidem ab Aphrodiſęo: Aegineta verò ῥύπους ἐν τοῖς ὠσὶ ſordeculas in aurib⁹, vocat. Horum vſum exiſtimat Cicero 2. de natura Deorum, vt ſi quæ minima beſtiola conetur irrumpere, in ſordibus his tanquam in viſco inhæreſcat. Pars verò decliuior iuxta alueum, per quam liquor effunditur, ἐχινίσκος Polluci. Partes inferiores carnoſę molles ab auribus ſuſpenſæ, λόβιοι Ariſtoteli, Introductorio & Ruffo, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν, quod eam partem apprehendamus cùm quempiam admonemus: & hęc fortè ratio, cur Auris memorię ſit conſecrata: vel, vt Meletius, παρὰ τὸ λόβειν quaſi deturpari vel abſcindere diceres, ipſa enim ob ſcelera truncari ſolet, vnde apud Homerum ὡς ἢ ἀπὸ ῥῖνα τάμνησι καὶ οὔατα, id eſt, cui nares turpi pœna truncantur & aures: ὠτάριον καὶ ὠτίον Lucano. Fibrę Gazę, lobi: auricula & auricula infima,

Cice-

Ciceroni ad Q. fratrem libro 2. & ansa auriculæ: infima vel ima auris. Hoc, nihil in humano corpore mollius aut flexibilius lentiusque: nec enim osse riget, neque cartilagine durescit, neque neruis intenditur: vnde prouerbium, Auricula infima mollior, qua de re Ammianus lib. 19. Auriculæ inferiores partes à maxilla solutę pendulę, παρελλόβιοι. Superior verò pars, quæ versus cauitatem, in qua sordes colliguntur, tendit, τέττιξ cicada Polluci nominatur: quia ab ea parte Atheniensium indigenæ, cicadas adpendere solebant, vt hoc tempore gemmas & annulos virgines & nobiles. Suprema imę auriculę pars asperior, ἀντιλόβιον Introductorio: ricula Volchero. Pars quæ iuxta radicem sub auricula est, μύκων Polluci. Foramen auris, auditoriusúe meatus, πόρος ἀκουστικὸς Introductorio: νεῦρον ἀκουστικὸν Aphrodisęo: σκολιὸς πόρος τῆς ἀκοῆς, tortuosus auditionis meatus, Polluci & ὀπὴ τῶν ὤτων foramen aurium: flexuosum enim (vt rectè Cicero) iter

iter habet, ne quid intrare possit, ac si simplex & directum pateret: ἀκοὴ Ruffo: cęcum foramen Latinis. Denique vbi foramen auris patet, quæ concamerata auriculę pars est, Polluci καμάρα & testudo: interior verò, κύαρ eidem dicitur.

DE COLLO, EIVSque partibus.

CAPVT IX.

ABSOLVTO superiore ventre, ad partes inter Caput & Thoracem, seu, vt loquitur Aristoteles 1. de historia animalium 12. inter pectus & faciem locatas, descendamus.

Infra Caput pars oblonga (talem enim propter vocis modulationē esse oportuit: nam nullum animal brutum quod collo caret, articulatam vocem edere potest) rotunda, figura ferè cylindrica, à facie ad humeros protensa, αὐχὴν Aristoteli: τράχηλος Galeno & Polluci, ἀπὸ τῆς τραχύτητος τῶν ἐκεῖσε ὀστῶν, ab asperitate ossium quæ inibi sunt: vel, vt Me-

letius, quòd per ipſum alimentum defluat, quod illi ῥεῖν aut τρέχειν dicũt: δειρὴ Ruffo, Polluci & Homero, cui & λόφος: verũ nomen δειρὴ propria vocabuli ſignificatione ad quadrupeda refertur, quòd ab ipſo animalia ἐκδέρονται, hoc eſt, excoriantur: ſed & abuſiuè ad hominis collũ hoc nomen referri ſolet. Latinis, collũ à colendo, quia hæc præcipuè pars torquibus & monilibus ornari cõſueuit. Hoc Tauro ſubiacere volũt, eò ꝙ in animal, vt habet Martius, collo trahat.

Totius Colli, vel potius ceruicis flexus atque ambitus, περίδειρον Polluci dicitur, & in partem anteriorẽ, poſteriorem & laterales diuiditur.

Anterior ſeu prior pars, λαιμὸς καὶ δειρή: Meletio αἰθερεὼν, διὰ τὸ θυρεῖν τὸ πνεῦμα ἐκεῖθεν, quòd inde videlicet ſpiritus proſiliat. Guttur, gula Saluſtio, qua in ſignificatione Medici non ſumunt: Medicis enim guttur colli pars eſt interior, & gula, cibi potuſque via: quamuis etiam guttur pro aſpera arteria ſumatur, vt eſt apud

apud Ciceronem 2. de Diuinatione. Valla, iugulum vocat: alijs λαυκανία, παρὰ τὸ λαύειν, quod est ἀπολαύειν, quia è cibo potuque voluptatem ea pars prę cæteris sentiat. Quantū verò, inquit Aristoteles, ipsius colli cartilagineum priorem obtinens situm, vocem & halitum trāsmittit, id ἀρτηρία nominatū est. Huius pars suprema βρόγχος, quibusdam malè guttur, vulgò morsus & pomum Adami, alijs nodus gutturis: quod propriè dicitur de parte ea, quæ mox sub mento protuberare conspicitur, quod nihil aliud est, quàm λάρυγξ seu asperę arterię caput. Gutturis pars exterior, eò quòd per irā incensa, tumensque infletur, πρηστὴρ, id est, ardens, Polluci dicitur: quod autem inter πρηστήρων & φάρυγγα seu guttur est, ἀγητὴρ ageter, Polluci nominatur. Inferior vel vltima colli anterioris pars, cui proximè subest iugulum, quæ monilibus ornatur, ὑποδειρὶς Polluci: cuius pars anterior, qua iuxta clauiculas cum pectore iungitur, κατακλεὶς (quod inde dici

opinantur, quòd cum ſcapulis tale os dearticuletur, ac partes quæ circa pectus ſunt, claudat) ᾗ παρασφαγὶς, quòd circa iugulum ſit, Polluci. Concauitates duę, ſub imo collo, thoracisúe ſummo iuxta clauiculas (quas aliqui iugulos vocant) ſecundum quoſdam σφαγαὶ Gręcis: iugulum Latinis, qua voce & Plinius vſus, dũ ait: Vni homini ſunt duo iuguli, dexter & ſiniſter. Simile Celſus libro 8. habet: verũ non concauitates, ſed clauiculas intellexêre, quarum mentionem fecit Demoſthenes, dum inquit Philippum fregiſſe iugulum. Cauum verò, quod inter vtramque clauiculã eſt, σφαγὴ Ariſtoteli 1. de hiſtoria animalium 14. qui partem collo & pectori cõmunem dicit: σφαγὶς Heſychio. Quintiliano iugulus ſeu iugulum, quia locus cædi obnoxius: λευκανία Homero & Ruffo: nonnullis θυμὸς, teſte Polluce: ἀντικάρδιον quaſi cordi oppoſitum & iugulationem, appellat Ruffus: lacuna quibuſdam.

Poſterior ſeu extima colli pars, quæ

quæ ab occipitio ad ſcapulas protenditur, in qua ſpinalis medulla, αὐχὴν quibuſdam: ἐπωμὶς Ariſtoteli: ἰνίον Ruffo: δειρὴ καὶ λοφία Polluci & Heſychio: ceruix Gazæ, qua voce, vt habet Quintilianus, primus Hortẽſius vſus eſt. Huius pars ſuperior, occipiti proxima, in medio foueam oſtendens, τένων Ruffo & Introductorio: tendo, quia in capitis motu tenditur, Latinis: aliĳs, vt monet Volcherus, ἀσφάλεια, λοφία καὶ λοφαδία: cauum inter primam & ſecundã vertebram, ἀποσφαγὴς Hippocrati & Polluci, à cæde, quòd ea parte ceruice fracta homo intereat: vel quòd ibi nonnullis pecudibus culter immittatur: fouea Latinis dicitur. Pars ad colli radicem thoracisque latera eminens, ἀκρώμιον ſummus humerus dicitur: inferior verò pars, qua dorſo committitur, non ſecus quàm laterales partes, qua ſcapulis iunguntur, ἐπωμὶς dicitur.

Partium lateralium diuerſę etiam ſunt partes: partes enim ſub auribus exortæ antrorſum ſub maxillis

vergentes παρωτίδες: à parotidibus ad iugulum & aſperæ arteriæ latera, τέρθρα cornua Polluci: partes verò laterales gibbæ & carnoſæ vertebris adnatę, παραλοφίαι Polluci dicuntur.

DE THORACE, Eiusq; partibus.
CAPVT X.

NVNC de *THORACE* ſeu partium vitalium domicilio ventre ſcilicet medio agendum: Thoracis acceptio duplex eſt: prima eſt quando totum truncũ (quẽ ὅλμον dixêre) qui collo pudendisq́ue terminatur, intelligimus, qua ſignificatione Hippocrates, Ariſtoteles, Aegyptij, Ruffus, Pollux, alijq́; veterum vſi ſunt. Altera verò ſignificatio, quando partem eam, quę à iugulis ad præcordia, ſeu, vt loquũtur, à furcula ſuperiore vſq; ad malum granatum, vtrinq; ab anteriori, poſteriori & lateralibus partibus extenditur, intelligimus: qua ſignificatione tãquam propria Galenus vſus

vsus est: τοῦ θώρακος nomine partẽ eã sumendo quę clauiculis & costis circumscripta terminatur, ac intrinsecus mediante Diaphragmate, ab Abdomine, tertio puta ventre, separatur. Galeno lingua Dorica κίθαρα: Hippocrati κίθαρος: aliȷs à cauitate γύαλον: aliȷs θώραξ, ἀπὸ τοῦ θεῖου, quòd diuinam mẽtis partem secundum Stoicos includat: vel, vt Meletius, οἷον ὅρος, καὶ φύλαξ τοῦ θερμοῦ, quasi quòd terminus & custos caloris ex corde prouenientis habeatur: vel θυώραξ dicitur, id est, qui impetum mouẽt, quoniam cùm irascibilis animę vis in corde consistat, ab ipso pectore quòd cordis ibidem fines sint, omnia furoris impetu mouentur.

Hoc autẽ homini inter duo brachia est latum, nõ, vt supinus iaceat, quod Firmianus voluit, ad id enim dorsi latitudo aliquid facit, sed vt etiam pronus: imò, vt iusta pulmonibus cordiq; sit amplitudo, quo magna spirituum habeatur copia. Brutis verò, aut pedestribus inter priores partes propter expeditiorem

progreſſum: aut volatilibꝰ, propter alarum promptiorem in volando agitationem, carinatum eſt, quibus alioqui decubitus neque pronus, neque ſupinus verè conceditur. Nō negamus ſuos quoq; ſpiritus eſſe, ſed in homine nobiliores & ſubtiliores requiruntur. Non temerè igitur laxitatem & decliuem, penè tamen ęquabilem flexuram, natura ad ea membra, quibus virtus vitalis accepta fertur, occludenda in eodem, vt ait Villichius, finxit.

Diuiditur verò Thorax, in partē anteriorem, quę communiter Thorax dicitur, laterales & poſteriorē, licet Ariſtoteles 1. de hiſtoria animalium 12. parte priore & poſteriore, conſtare dixerit.

Anterior Thoracis ſub clauiculis pars, στηθεύιον, στῆθος (διότι ἕστηκε ἀσάλευτον, ex eo quòd immobile conſiſtat: alijs ab eo, quòd illud, quod in nobis imperium obtinet, ibidem poſitum ſit) Ariſtoteli & Introductorio: θώραξ καὶ στέρνον, quamuis à nonnullis hæc diuidantur: μεταμάζιον

quaſi

quaſi dicas intermammillaris, ſine adiectione apud Anacreontem. Latinis, pectus quaſi pactus, quòd ex coſtis, quæ veluti firmamẽtum pectoris ſunt, compactum aut pectinatum ſit: hoc initium ducit à iugulis & ad ſeptum tranſuerſum finit. Subiacet autem pectus ſecundum M. Manilium 4. Aſtrono. Cancro, ob animalis formã: latitudo enim pectoris, dorſum cãcri efficit, coſtæ verò pedes. Huius interiora ἐντοστήθια præcordia, Pollux vocat, eius verò ſuperior pars, ἀκροστήθιον ſummum pectus Ariſtoteli: anterior verò, προστηθὶς Polluci.

Oſſa ſub imo collo cum pectoris oſſe commiſſa, quę facilè, potiſſimũ in macilentis, conſpiciuntur, quæque prohibent, ne humeri ſcapulęue in pectus cadant, vt alijs contingit animalibus, cum ijs cætera animalia, ſimia excepta careant (quocirca elatiſſimi pectoris homo eſt) κλεῖδες claues, quòd ceruicem & humerum cõcludant: clauiculę Celſo, alij ligulas vocant.

Medium ipsius pectoris, vsq; ad cartilaginem sub qua ventriculi os dilitescit, nudum puta os, στῆθος Hippocrati 1. de articulis, στέρνον communiter Ruffo & Introductorio, διὰ τὸ στερεὸν, quasi solidum dicas. Latinis sternum, quòd in medio costarum sternatur, in quod costę copulãtur, & os pectoris. Pectoris medium vbi quasi sulculus exprimitur, στηθήνιον pectusculum Polluci: στηθίδιον Suidæ.

Carneæ seu glandulosę in pectore eminentiæ, (quibus quanquam solus homo, vespertilio & elephas, Soleo Clearcho Aristotelis discipulo donetur: Aristoteli tamen elephas non in pectore, sed iuxta pectus mammas habet) Græcis τίτθαι, Galeno ad Glauconem τηθία: μαστοὶ quod propriè de fœminarum mãmis dicitur, quasi (vt ait Meletius) μασητοὶ mãsi videlicet, cùm hi affatim alimentum suppeditent: siue quòd iam in lucem editis fœtibus escam, quam ipsi μάστακα nuncupant, impertiatur: vel ἀπὸ τοῦ ἐπιμάττεσθαι, quod appli-

applicari interpretareris, quia ipsis infantes primùm applicantur, siue quòd à lactantibus infantibus trahantur ab ἐπισπᾶσθαι, quod trahere diceres: siue à μαίω, quod quærere significat, quia eas pueri quærant: aut quod naturæ vi illa quæ generãtur, eas inquirant. Pollux à μαςεύω quæro deducit: vel à μαςὸς, sono sugentium: τιτθίον Aristophani: Mammæ seu mammillę Latinis, quę fœminis propriæ & ad nutritionem fœtus ipsis datæ, & quidem geminæ, vt gemini vtero exclusi habeant quo nutriantur: vel potius, vt vna læsa, altera in vsum fœtus cedat: brutis verò cùm vno partu multos excludant fœtus, plures sunt mammæ. Maribus verò ad solum decus, datę sunt, ne pectus informe videatur. Harum pars eminentior apexúe θηλὴ, παρὰ τὸ θάλλειν, Platoni in Cratylo: Aristoteli 2. de historia animalium 12. θηλαὶ μαςῶν papillę mammarum, quasi paruę papulæ, quòd papularum, vt habet Paulus apud Festum, sint simi les. Capitulum mammarum dicitur

tàm

tàm in viris quàm in mulierib⁹, per quod, vt loquitur Philoſophus 1. de hiſtoria animalium. 12. fœminis lac tranſmiſſum eijcitur: quamuis etiam in maribus lac (vel potius quid lacti ſimile) fieri poſſit: quod & ego in duobus viris obſeruaui, vt & in iuuene nobili annorum viginti, qui in mammis non ſecus quàm mulier glandulas habet. Circulus verò obfuſcus papillam ambiens, papillęúe quaſi areola, ſub quo lactis quaſi ſedimentum, φῶς inuſtio, Hippocrati & Polluci: alijs φῶς ἐρυθρὸν: quod ex vteri affectione croceum fit, aut etiam nigrum: Iris aliquibus. Mãmarum primum in pubeſcendo incrementum, κύαμος, id eſt, faba Euſtathio, Ruffo & Polluci dicitur. Vnde κυαμίζω, catulio dicitur de puella, quæ ætate iam maturior virum appetere incipit, Ariſtophani. Sic Feſto, puellarum mammæ ſororiare dicũtur, cùm primùm tumeſcunt, quòd non ſingulæ, ſed veluti geminæ ſorores ſimùl naſcantur, qua voce & Plautus vſus, qua

de

de re vide Crinitum. De puerorum verò mammis dicitur fraterculare & fratrare Feſto, cùm primò etiam tumeſcunt, quòd velut fratres pares oriantur. Totus autem tumor, potiſſimũ cum lacte turget, ἄσκωμα, vter Ruffo: κόλπος, ſinus, Polluci. Latinis vber dicitur & huber, in mulieribus propriè, quod in animalibus vter: antiquis Tatæ, vt eſt apud Martialem: ſumen etiam à ſugẽdo: aliàs τιτθοὶ, τιτθία Ariſtophani: mammæ. Rumen veteribus, vt habet Plinius lib. 15. cap. 18. licet alij velint rumẽ partem gutturis dici, partes nimirũ colli interiores, eminentiæ, quæ in gutture apparet, correſpondentes, quod & Frumen dicitur. Homero μαζοὶ tàm de mamilla viri quàm mulieris dicitur: Galeno ad Glauconem, μαστοὶ mammillæ, quod & de mulieribus & de brutis dicitur, à μαστεύω quæro, quòd infantes in mãmis lac quærant: Suidæ μῆλον, ob mali in rotunditate ſimilitudinem. Ariſtophani tamẽ, μῆλον potiſſimùm de puellæ mammis, vtpote inſtar

mali

mali teretibus, dicitur: οὖθαρ vber Homero, quod belluarum proprium. Grammatici curiosiores vbera, partes interiores: mammas verò, ipsas eminētias dici volunt. Inter ambas mammas pars pectoris media, στῆθος μεταμάζιον apud Homerum dicitur.

Quod autem pectori mammæ sunt additæ, factum vult Aristoteles ob eius amplitudinem: Galeno verò, vt calorem cordis tueantur & vicissim mammillarum calor sit fortior ad lac coquēdum, propter cordis viciniam: dein, vt sit nascentibus quasi alimenti penu. Verum dubiū non est summi Creatoris consilium fuisse, homines à brutis discernere, illo mammarum ad pectus situ. Bruta sobolem nutriunt solùm, postea negligunt, sicque parentum & sobolis sequitur obliuio, fortè quia vbera illis, in partibus posterioribus sunt posita. Homines verò, ex corde quasi transfundunt στοργὴν in sobolē, retinetur memoria, ac mutuus amor fit.

Quod sub mammis versus infimū ventrem

ventrem exporrectũ in pinguibus intumeſcit, quibuſdam aqualiculus dicitur: alijs verò aqualiculus, vt in Hypogaſtrio dicetur, aliã partem denotat. Pollux tamẽ, id, quod ſub mammillis eſt, προκάρδιον præcordium dicit.

Thoracis partes laterales, ſemilunæ inſtar curuatę, Introductorio πλευραὶ latera (interdum à Latinis interpretibus coſtę transferuntur) quæ, vt habet Manilius 2. Aſtronõ. Leoni ſubiacent, περίστερνα pectus ambientia, & per metaphoram, crates, vt monet Volcherus, eò quòd ſeries coſtarum in formam cratium latera cõſtituat, quæ ab alis ad imas coſtas pertinet, & vtplurimum in duodenarum coſtarum complexu continetur. Laterum aliud dextrũ, aliud ſiniſtrum eſt: horum ſuperior pars, locus ad mammillas ſub alis ἐπίπλευρα Heſychio. Medię verò coſtæ, μεσόπλευρα medilatera Polluci: ſpacia carnoſa & depreſſiora, ſpacia intercoſtalia nominantur. Quod verò ſub coſtis eſt, κενεὼν καὶ ζώνη zona

Polluci dicitur. Cauitas insignis sub humeri articulo seu brachio, in quam frequenter humerus luxatus delabitur, & quam Aristoteles 1. de historia animaliũ 14. costis, brachio & humero communem dicit, μα-σχάλη vocatur: quam inde dictã volunt, quod ea quę continet satis admodum recondita ab ea fouentur: siue, ἀπὸ τοῦ μαστεύειν τι ὑπ' αὐτῆς, quasi quærere aliquid sub ipsa diceres: siquidem cùm abstulerimus quippiã ab aliquo, occulere sub ipsa solemus: μάλη Xenophonti: ἀγκὼν non nullis. Plinio ala, quia in ea pili, quasi in alis pennæ nascuntur, & axilla Ciceroni in Oratore, qua voce antiqui solùm vtebãtur: alæ enim appellatio recentior ab axilla effecta, non autem contrà, vt voluit Priscianus, quod ex Ciceronis loco præallegato patet. Quomodo, inquit, vestra Axilla, ala facta est, nisi fuga literæ vastioris? Pili qui sub hac nascuntur, pili subalares, Grandebalę Hadriano Iunio dicuntur.

Quòd autem locus hic pessimè oleat,

ōleat, Philoſophus rationes tres adfert. Quia eſt ἀπνεύστατος, id eſt, non tranſpirabilis: dein, quia ſit ἀκίνητος, quietiſſimus: tum, quia ἀγύμναστος eſt, quo nihil exercitij fieri ſolitum eſt, vt aliqua agitatione putreſcens humor abſumeretur. Quòd verò citiſſimè & maximè ſudent alæ, idem ἄψυξιν cauſatur, quod locus non refrigeſcat. Sed hîc cordis ſunt emũctoria, hucque eiuſdem excrementa ſecernuntur.

Poſterior Thoracis pars, infra ceruicem vſque ad lumborum principium ſeu os ſacrum, Introductorio νῶτον, ὑποτραχήλιον, μετάφρενον quod poſt loca, in quibus mẽtis ac pręcordiorum ſedes eſt, cōſiſtit: λοφιὰ, quibuſdam tamen λοφιὰ ea dorſi pars vocatur, in qua onera geſtantur, vnde λοφᾷν onere depoſito quieſcere. Plauto, dorſum & dorſus: at, nũ tota trunci pars poſterior dorſum ſit vocanda, controuertitur: dorſum dictum, quòd pars ea corporis deuexa ſit, deorſum, Feſto: alijs, quòd ibi vertebrarum proceſſus longi

F deor-

deorſum tendant: antiqui doſſum & ſcapilium dicebant: dicitur & tergum. Propriè tamen tota trunci auerſa pars tergum vocatur, quo in ſignificato vſi ſunt Ouidius & Curtius. Eminentia dorſi λοφιὰ dicitur in Anthilogicis Epigrã. Huius partes dicit Philoſophus loco citato, ὠμοπλάτας ſcapulas & ῥάχιν ſpinam. Verùm partes dorſi laterales eminentiores ὦμοι, humeri, παρὰ τὸ ὑπομένειν τὰ βάρη τῶν φορτίων, quòd ſarcinarum videlicet pondera ſuſtineãt, dici putantur: alijs πτερύγια, alæ humerorum dicuntur. Latiores eorum partes, Ariſtoteli & Galeno ὠμοπλάται: Varroni & Claudiano ſcapulę, ſpatulæ: veteribus etiã ſcapilium: τράπεζαι menſæ & ἐπινώτιοι, id eſt, ſupra dorſum ſitę: quibuſdam etiam πτερύγια: ſcoptulę opertæ, Celſo: harũ gibboſum χελώνιον teſtudo Polluci dicitur. Verum locum, in quo ſcapulæ ſunt, Meletius νῶτον tergum dicit, ἀπὸ τοῦ νωτίζειν, quòd magis quàm alię partes pondera ſuſtinentes ſudore madeſcant. Pars alis
oppoſita,

oppoſita, vbi os humeri ſcapulæ inſeritur, ἀκρώμιον Ruffo: ſummus humerus & ὤμου κεφαλὴ, humeri caput: ἐπωμὶς Homero & ἀκροχωλία. Mediũ verò inter eos ſpacium cõpreſſum, propriè Dorſum: ὑποτραχήλιον, μεταυχένιον Volchero: μετάφρενον Introductorio & Homero: interſcapilium Hygino, dicitur. Protuberantia acuta, quę per totam dorſi longitudinem fertur, ῥάχις, ἀπὸ τοῦ ῥῆξιν εἶναι, καὶ διακρίνειν τὰ δεξιὰ μέρη ἀπὸ τῶν εὐωνύμων, inquit Apollodorus: id eſt, quod quaſi ruptum ſit, diſcernens dextras partes à ſiniſtris: νωταία Introductorio: νωτιαῖος Ruffo: ἄκανθα Ariſtoteli, ſpina dorſi, quam & veteres Latini ſpinam nominauerunt, vt Celſus habet: κρίσις diſcrimen: κλόνις Antimacho: ἄκνηστις Homero, quod de quadrupedibus propriè dicitur, quòd bruta eam κνῆσαι, id eſt, ſcalpere nõ poſſint. Etymologico, ἀντίστερνον pars pectori oppoſita, quod ſpinã dorſi quidã exponunt. Cõcauitas, quę à tergi medio ad lumbos vſq; tendit, ὑπόρραχις Pol-

 luci.

luci. Mediam inter dorſum & lumbos partem, quia renes adiacent, μετάφρενον Ruffus vocat.

DE ABDOMINE TERtio ventre, eiusq; partibus.

CAPVT XI.

NVNC de *ABDOMINIS* tertij & infimi ventris, in quo partes naturales continentur, partibus externis, vt agamus, ordo requirit. Eſt autem infimus venter totum id, quod ſub diaphragmate eſt, tàm anteriori quàm poſteriori & lateralibus partibus & ipſis cruribus terminatur: vel eſt id, quod cartilagine mucronata vtroque latere & pube circumſcriptum eſt. In hoc ſignificato ferè totus hic venter νηδὺς ἀπὸ τοῦ νηεῖν τὸ σωρεύειν, quòd in eum cibaria congerantur, dicitur, quamuis νηδὺς etiã de vtero dicatur, quaſi voluptatem diceres, quoniam rem cũ voluptate, ait Meletius, peragit: dicitur & νειαίρα Hippocrati: κλόνις

Aeſchyli

Aeſchyli ſcholiaſtę: à quibuſdam appellari videtur κενεὼν: à Suida verò & Etymologico, ῥάρος.

Diuidimus Abdomen in partem ſuperiorem ſeu anteriorē, quæ propriè abdomen: dein in partem inferiorem, partes nempe pubi annexas, quæ Pudenda: & tandem partem poſteriorem, quæ Lumbi.

Abdomen propriè dictum, quod, ſicut & ilia, ſigno Virginis ſubiacet, totum id eſt, quod ab anteriori parte à pectore eſt, & ad inguina pubēque porrigitur, quæ pars propriè κοιλία καὶ γαστὴρ aluus & venter Polluci dicitur, hanc partem etiam Ariſto teles intellexit: γαστὴρ enim, inquit, 1. de hiſtoria animaliū 13. infra pect⁹ eſt, parte priore, cui⁹ radix ὀμφαλὸς vmbilicus eſt. Gręcis ἐπιγάστριον, quaſi dicas superuētrale ſiue ſuperficialis venter: quāuis Galeno 6. Methodi medendi, Ruffo & alijs τοῦ ἐπιγαστρίου nomine donetur cutis, muſculoſaúe pars, quę ſupra ventrē ſeu abdomē (hinc aliqui abdomē dictū volunt, quod ſub cute abdatur) poſita

eſt. Veſalio verò ὑπογάστριον: Arabibus mirach: Latinis abdomen.

Galenus in commenta. 2. Aphoriſ. aphoriſmo 32. Epigaſtrium in hypochōdrium, regionem vmbilici & partes ad pubem attingentes, diuidit. Meletius verò, totum abdomen in partes duas diuiſit, in ventrem ſuperiorem & inferiorem: nos Galenū ſecuti in partem ſuperiorē, mediā & infimā diuidem⁹, ſi modò hoc primū monuerimus, Abdomē per longū aliquaten⁹ diuiſum obſeruari, quę diuiſio γαστρορραφία, id eſt, abdominis ſutura, dici poteſt.

Superior abdominis pars eſt, quę terminatur coſtis & ſupra vmbilicū eſt, quæ pars Ariſtoteli & Galeno ὑποχόνδριον quaſi ſubcartilagineum, (quod ſub χόνδρῳ, id eſt, cartilagine ſita ſit) dixeris: nonnullis ἀκροστήθιον καὶ ἐπιγάστριον, quòd ventriculo incumbat. Ariſtoteli 3. de partibus animalium 10. & alijs quibuſdam φρένες, eò quòd ſub diaphragmate quod ſic vocatur, ſita ſit.

Hæc autem ſuperior abdominis

nis pars in tres alias ſubdiuiditur, in duas laterales, quæ peculiariter Medicis practicis ὑποχόνδρια, in quorum dextro hepar, ſiniſtro verò lien locatur: Celſo libr. 4. capite 8. pręcordia, qui dicit partes laterales, quæ nothis coſtis ſubiectæ ſunt, hepati & lieni ſuperiacēt, propriè præcordia dici: & hæc latiſſima præcordiorum acceptio: horum enim appellatione quicquid partium ante cordis penetralia ſitum eſt, ſignificatur: Plinius verò præcordiorum nomine, ipſum diaphragma intellexit. Hypochondria ergò partes ſunt Epigaſtrij, non autem epigaſtriū, vt aliqui volūt, pars hypochondriorū eſt: rectè ergò Pollux ἐπιγάστριον partem circa vmbilicum, quæ hepati & ſpleni adiacet, & ſupra lūbos eſt, dicit. Tertia pars eſt anterior ac ſuperior, inter hypochondria media, vbi cartilago enſiformis ſeu mucronata poſita eſt, quā partē veteres Anatomici ἐπιγάστριον dixerūt: quo loci cauū illud eſt, quod Polluci σφαγὴ dicitur: ab

antiquis καρδία cor, vnde dolores ibi orietes cordis dolores esse dixerunt, & ἀντικάρδιον καὶ προκάρδιον: alijs στόμα τῆς κοιλίας ventriculi os. Germanis cordis scrobiculus, quæ regio in affectibus tàm oris ventriculi, quàm totius, cum eo loci sedem habeat, inungi consueuit. Totam hāc superioris abdominis partem, Meletius philosophus libro de natura humana, superiorem ventrem vocauit, cuius partes dicit stomachum, iecur, lienem, & superiorem alui partem.

Media Abdominis pars, est regio vmbilicalis dicta Galeno: ὑπογάστριον dici vult Volcherus, quia sit sub vētriculo: quid autem sit ὑπογάστριον mox dicetur: quibusdam etiam ἐπιγάστριον. Regio autem vmbilicalis dicitur ea pars, quæ sita est inter fines costarum & lineam rectam ossis Ilij. Hæc similiter vt prior, in tres alias subdiuiditur, in duas partes laterales, quæ spatia sunt inania, inter extremas costarum cartilagines & lineam ossis ilij: Galeno 3. de Arti-

culis

culis & Homero, λαπάρη καὶ λαπαρὸν: Aristoteli 1. de historia anima. 13. & Polluci λαγόνες à laxitate, παρὰ τὸ λήγειν ἐκεῖ τὰ ὀνώδη πλευρά, Eustathio: vel, vt Meletius, παρὰ τὸ λήγειν ἐκεῖσε τὰς πλευράς, ex eo quòd inibi costæ desinant, dicta volunt. Ruffo, Galeno & Vesalio κενεῶνες inania, quòd locus ille ossibus vacet, quod illi κενὸν τῶν ὀστῶν dicunt: alijs χολάς: ὀσφύες Lumbi Hesychio, alijs latera: hypogastrium dextrum & sinistrum Volchero. Ilia Gazę & Celso lib. 4. cap. 1: dicuntur autem ilia, secũdum Festum, ab ina quę tenuissima chartæ pars est, quod circa ilia cutis sit tenuior. Ilia verò secundum Maniliũ libro 2. Astron. Virgini subiacent: secundum alios verò, pectẽ, vmbilicus, lumbi cũ vertebris & ilijs, à Libra reguntur. Tertia pars superior est totius abdominis medium, quod οὖθαρ & ἦτρον sumen & hypogastrium medium, dici vult Volcherus, vbi cauitas, quæ ὀμφαλός, ἀπὸ τοῦ ἐμπνεῖν, quod est ἀναπνεῖν, respirare, Volchero, quia per vmbilicum embryo respiret. Aristo-

teli loco citato ῥίζα γαστρὸς, radix vẽtris & ἔλυτρον inuolucrum. Latinis vmbilicus ab vmbone dictus, quòd in medio ventris sit. Verùm vmbilicus, qui secũdum M. Maniliũ subiacet Librę, centrũ hominis videtur, quod experiri licet, si brachijs extẽsis circino dimetiamur circulũ. Dici etiã potest περίτμησις: nã apud Homerum, vmbilicus aspidis περίτμησις dicitur, quoniam ab ipso statim partu vmbilicus infantib⁹ p̃scindi soleat: aut quia iuxta vmbilicũ in duo diuiditur medicus homo: in qua significatione & περιτμητὸς apud Hesychiũ legitur. Locus verò circa hũc, seu, vt alij, cauũ in medio vmbilico γαγγαμὼν sagena Polluci, quoniam inquit neruorum est cõplicatio instar retis. Pars vmbilici media, Polluci ἀκρομφάλιον, alijs μεσομφάλιον (quod tamen Pollux vmbilico tribuit) vmbilici meditulliũ: quod verò super hunc est, ἐπομφάλιον eidem. Cutis rugosa vmbilicũ ambiens, quoniam corrugata senectutẽ significet, Ruffo & Polluci γραῖα, alijs γραῦς anus, vetula,

vetula, corrugata vetula barbaris dicitur, quamuis aliqui totum vmbilicum γραῖαν vocitent: alijs verò, rugę in puerperis circa vmbilicũ, γραῖαι dicũtur. Hanc mediam abdominis partem cum sequẽti, Meletius inferiorem ventrẽ vocauit, & in intestina, pinguedinem, excremẽta & quæ ad pubem posita sunt, diuisit.

Inferior abdominis pars est Hypogastriũ, omne id, quod sub vmbilico est, vsq; ad os pubis, ἦτρον καὶ ἴτρον Hippocrati 2. Aphor. 35. Galeno eo loci, partes ad pubem pertinentes: dictũ ἦτρον Meletio, ἐκ τοῦ ἰκμιτοπέμπω, quòd videlicet excrementum infra per intestinum demittat. Polluci ὑπογάστριον, subuentrem & imum ventrem dixeris: Lycophroni ἐπείσιον καὶ ἐπίσειον alijs: Aqualiculus Persio, idem quod Aqualicus, aluum significat, quòd eò sordes cõfluant: qua voce & Aristoteles 1. de historia anima. 13. vsus est: inquit enim, quę rectà vmbilico subiũgitur, ἦτρον sumen est (siue abdomẽ, vt vertit Gaza) cuius postremum ἐπίσιον

aqualiculus: alijs ὑπήτρον: Charasio λαπάρα: στάχυς etiam videtur dicta à Polluce: abdomen, Iuuenali: pubes, Celso: sumen vulgo, vt & Vesalio, Columbo & Fallopio. Propriè tamen Sumen, qua voce Pub. Mimius primò vsus, venter est suillus infra vmbilicũ cum ipsis vberibus, quod antiqui, vt author Plinius, abdomẽ appellarunt: vnde quibusdam sumen quasi suis abdomen: aut, vt alij à sugendo: quibusdam tamen quasi Rumẽ, à mammis, quas antiqui Rumen appellabant. Hæc pars similiter in tres diuidua est, in duo latera quæ in femoris sunt flexu, & pubis sunt latera, βουβῶνες Aristoteli 1. de historia animaliũ 14. qui partem femoris ac imi ventris communem dicit: βουβῶνας ait Meletius, à rei euentu nuncupant, παρὰ τὸ βῶ τὸ βαίνω, cò quòd præ sui tumore sursum non modicè erigantur, cùm nimirũ tonsillæ eo loci positæ humore replentur: quibusdam αἰδοῖον: Latinis inguina. Diuiditur etiam in partem anteriorem vel mediam, vbi pili erum-

erumpunt, quę pubes: ἐφήβαιον Phauorino, Dioſcoridi & Ruffo, διὰ τὸ βαίνειν τὰς τρίχας ἐκεῖ, quòd ſcilicet pili ibidem proueniant: ἥβη Ariſtoteli loco citato: ἐπίσειον, Introductorio: aliquibus etiam κτεὶς pecten: imus venter Plinio. Pilorum tãdem aceruus, ἦτρον, Aureliano: ἥβη καὶ ἐπίσειον Polluci, id eſt, pubes (nam & pili, qui pudendis ſuccreſcunt, itẽque locus in quo ſuccreſcunt, item ætas in qua ſuccreſcere incipiunt, ἥβη dicitur) impubium aliȷs: pecten Iuuenali. Quæ verò ſub his ſunt, αἰδοῖα, pudenda dicuntur, de quibus nunc.

DE PARTIBVS PROcreationi inſeruientibus.

CAPVT XII.

PVBI annaſcuntur partes procreationi inſeruientes, quę αἰδοῖα à reuerentia, quæ ipſis debetur, vel quòd ea detegere & nominare abſque temporis & cauſæ ratione pudore afficiamur. Latinis pudenda, naturalia, genitalia, ve-

renda

renda & inguina passim apud scriptores, tàm in viris quàm in mulieribus, vt apud Suetonium: dicuntur quibusdam etiam μηδέα, vt monet Volcherus, quæ ex sententia M. Manilij 2. Astronom. Scorpioni subiacent. Virilem tamen obscœnam partem veteres Strutheum, vt est apud Festum, nuncuparunt: sic & Aristoteles 1. de historia animalium 13. partem maris propriam, foris postremo thorace propendentem, αἰδοῖον vocat. Verùm cùm alia sint virilia, alia muliebria, de illis priori, his verò posteriori loco, sit sermo.

Pars propensa κατ' ἐξοχὴν, μόριον membrum, Aeginetæ, multisque alijs dicitur: quod nomen antiquitas ei tribuit propter fœcunditatem, solùm enim hoc generat: quare nō immeritò, inquit Martius, Priapo curam hortorum assignant, quādoquidem horti alijs agris semper fœcundiores sunt. Verū cū huius mēbri, varia apud authores sint nomina, quędā subijciam⁹. Aristophanes his

his nominibus donauit, ψωλὴ, (παρὰ τὸ ψωλέω ab humoris siue spiritus emissione) πόσθη, πόσθιον, κερθὴ, νεῦρον, σάθη: πέος penis: ἐρέβινθος: καυλὴ membrum: σίνος eius scholasti. Hesychio, ῥοδωνία, μύκης, τύλος, κύων. Suidę, ταῦρος καὶ κάπρος. Xenophonti, πόσθη. Artemidoro, ἀνδρεῖα virilia: ἀναγκαῖον, ad generis propagationem necessariũ. Cratino, σαύνιον, hasta. Platoni, δέμας. Eupolidi, οὐρὰ cauda. Homero, αἰδῶς pudendum. Nicandro, ποιέρὶν. Epigram. φλέψ γονίμη, genitalis vena. Polluci & Introductorio, καῦλος caulis, ob sui longitudinem: ἔμβολον quasi iniectorium Ruffo, ϛῆμα quasi pendula: ϛέμμα, quod præputio tanquam corona integatur. Meletio, συριγγῶδες νεῦρον neruus fistularis, καὶ κύπεις venus: & huiusmodi plura apud authores habentur nomina. Latini etiam nominibus abundãt, quorũ aliqua adscribemus. Persio, penis à pẽdẽdo: Ciceroni, virile mẽbrũ: Suetonio, veretrũ: Virgilio, fascinũ & scapus: Iuuenali, neruꝰ, quia neruo-

neruosum: Persio, vena, quia venosum: Arnobio, fascinus virilis: Catullo, membrum genitale, tentum & cercolipa: Lucillo, caulis: siccula à sica, virga, muto, mētula: Horatio, cauda salax & piga: Hieronymo & Celso colis, quasi caulis: alijs hasta & fustis: Martiali, verpa ab inuersa pellicula, vnde Iudæos verpos dixit Iuuenalis, ob mēbri pelliculam circūcisam: quibusdam veterum, rutabulum: Plinio natura, in eo enim mēbro nascendi vis: quibusdam inguē & tādem obscœno vocabulo Priapus, quem mēbri deum, hortorūq; custodem faciunt.

Penis pars alia pendula est, & στῆμα Polluci & Ruffo dicitur: alia verò non propendens & ventri quasi infixa, ijsdem ὑπόστημα sedimentum, καὶ κύστεως τράχηλος, id est, collum vesicę dicitur: περίναιον etiam Ruffo. Partis propendentis summitas carnosa, magis quàm reliqua longitudo crassescens, & æquabili facie (vt loquitur Aristoteles 1. de historia animalium 13.) turbinata, penisúe summi-

ſummitas, βάλανος Ariſtoteli, Galeno & alijs, quòd glandis ſimilitudinem præ ſe ferat: κύτλαρος Suidę & Heſychio: glans & caput penis dicitur. Circulus glandem coronæ modo, cingens, στεφάνη corona: cutis qua glans decoratur & integitur πόσθη (διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι καὶ προστεθεῖσθαι, quòd ſuperpoſita ac ſuperaddita ibidem cōſiſtat) Galeno & Dioſcoridi: ἀκροποσθία, Euangeliſtæ: πρόσθεμα Meletio, διὰ τὸ προστίθεσθαι: vel διὰ τὸ ἐπὶ τὰ ἐμπρόσθια μέρη εἶναι, quòd in anteriori parte ſitum habeat. Iuuenali, pręputium, à præputando: ea enim pars eſt, quæ Iudęis in circuncisione pręputatur, hoc eſt, præſcinditur: hinc Horatio, Iudęus appella, id eſt, ſine pelle: dicitur etiam pellicula glandem integens. Ariſtoteles loco citato nomine carere dixit: inquit enim, glandem quę integit cutis ἀνώνυμον, id eſt, vacat nomine (ſubiungens) totum tamē quod ea cute glandeque conſtat, ἀκροποσθία præputium, dicitur: huius pars prominētior, ἀκροπόσθιον quaſi ſummum



G prępu-

præputium Polluci & Ruffo. Ligamentum, quo præputium glandi alligatur, & quod in primo coitu sæpè frangitur, σίνος: κύων, canis. κυνοδέσμιον, caninum vinculum Polluci, quod & κυῶα vocãt: quibusdam χαλινὸς frænum, quòd effrænatorum iuuenum in coitu impetum refrenet. Foramen in glande, quod meatus est, per quem vrina & semen effunditur, οὐρήθρα Introductorio & Polluci: vrethra quasi vrinę iter, ab vsu vulgò nuncupatur. Linea suturæ instar à præputio per medium penis ad anum vsque percurrẽs, scrotumque diuidens, τελίναιον Polluci, non autem Galeno: τράμις eidem & Hesychio: ὄῤῥος Ruffo: alijs, vt Introductorio, ῥαφὴ sutura dicitur: ὀῤῥοπύγιον quibusdam, vt vult Volcherus. Tota verò exporrecta extuberansque penis pars, ad anum vsque à canali vrinario facta, vel potius inter scrotum & podicem, ταῦρος taurus, Introductorio & Eustathio vocatur.

Duæ ad penis radicem appendices

ces δίδυμοι, quia gemini sunt, honestiore vocabulo, ait Galenus, dicuntur: ὄρχεις Aristoteli & Introductorio, quod appetitum ad venerea, quod illi ὄρεξιν dicunt, suggerant: vel quasi ἔρχοις, hoc est, accessus εἰς οὓς ἔρχεται ἡ γονὴ, quòd videlicet genitale semen in eos perueniat: κύαμοι Gellio lib. 4. cap. 11. attestante: πηρὲν quasi σπειρὲν à seminando Etymologico & ποιρίν. Homero etiam dicuntur μήδεα, παρὰ τὸ μήδειν καὶ ἄρχειν τῆς γενεᾶς, quòd videlicet generationi præsint ac dominẽtur. Latinis testes & gemini: horũ pars superior, κεφαλὴ caput: inferior verò πυθμὴν fundum, Ruffo & Polluci dicitur: de quibus in partiũ genitalium historia breuiter fuit dictum libro primo nostræ Anatomes, de ijs aliquando fusiùs in vniuersali Anatome. Cutis propendula rugosa, quæ tunica est exterior eos obuoluens, ὄσχη Hippocrati: ὀσχέα Aristoteli 1. de gener. animal. 12. & ὀσχεὸς eidem 1. de historia anim. 13. ὄσχεος Galeno, ἀπὸ τοῦ περισκέπειν αὐτὰ, id est, quòd ipsos tegat veletque:

ὄρχεα eidem, in lexico Hippocrateo: ſcrotum ſeu ſcortum Celſo, quod coriacei ſacculi ſimilitudinem quādam referat: alijs βύρσα, corium: burſa teſtium, Barbaris. Scroti laxior pars, λακόπεδον Polluci, & Ruffo: κολεὸς καὶ κουλεὸς, vagina alijs: ἀχιχάδαρον, quibuſdam, & Athenienſibus λακοχέα, Ruffo atteſtante: Pollux verò, eum qui ſemper laxum ſcrotum habet, hoc nomine ab Athenienſibus donari vult.

Spacium verò inter Scrotum & anum, ſeu, vt habet Ariſtoteles 1. de hiſtoria animaliū 14. pars interior femoris & natium communis, περίναιον Ariſtoteli & Galeno (coles vertit Gaza) περοχόνη Archippo: κοχώνην καὶ πυγαῖον, Ariſtophanes dixiſſe videtur: interfœmineum, nonnullis (ſed malè) fœmen. Fœmē enim, Vallę li. 4. pars interior cruris eſt, quę à coxis incipit & ad genua finitur. Partes circūpoſitę ἀμφίπληκες: qđ tandem inter perinęū & fœmina reliquum πλιχάδες dicuntur. Et hæc de genitalibus uirilibus, nunc ad muliebria.

Mulie-

Mulieris genitale, τῆς γυναικὸς αἰδοῖον inquit Aristot. 1. de historia animalium 14. contra quam viri formatum est, cauum enim subditum pubi est, non sicut maris propensum ac prominens: quare aliæ etiam huius partes sint, aliaq; nomina, est necessum, de quibus paucis.

Omnia ad mulieris genitale pertinentia φύσεως, id est, naturę & obscœno cunni nomine complectuntur (quamuis apud Diodorum & in Geoponicis, vtriusque sexus pudenda, φύσεως nomine efferantur) muliebria item: αἰδοῖα pudenda Polluci, cuius totum idem κτένα καὶ ἐπίσειον dicit. Ruffus verò & Introductorij author, id quod supra pudendum muliebre pilosum est, trianguli forma, κτένα pectinem dixêre, quod imi ventris terminus est: alijs τρίχωσις καὶ ἐπίσειον, pubes. Rima pudendi, σχίσμα, id est, fissura vel scissura Ruffo & Polluci: cunnus vulgò dicitur.

Vtrinque autem posita corpora carnosa, quæ sinum ambiunt & ri-

mam cõſtituunt κρημνοὶ, rupes Erotiano & Polluci: πτερυγώματα καὶ πτερύγια alæ, Introductorio: μυτόχειλα καὶ μυρτοχειλίδες Ruffo & Polluci: ἐσχάραι Ariſtophani & Euſtathio. Labra vuluæ & naturæ muliebris, ſeu pudendi muliebris labra & alæ, & colles Veſalio. Inter has autem carũcula, quæ bifariam excreuit νύμφη Græcis colliculum appellare licet, cuticularem carnem Veſalius: caruncuculas alares, Volcherus nominat: hanc, quòd multo promineat Aegyptij, monente Introductorio, in virginibus exſcindere conſueuêre, ἐπιδερὶς, ἢ κλητορὶς, ἢ μύρτον, ἢ νύμφη Ruffo & Polluci: de qua plura in vteri hiſtoria. Sinus verò ipſe, αἰδοῖον γυναικεῖον: Galeno & Sorano κόλπος γυναικεῖος: ἴκταρ Hippoc. 2. de mulieb. Galeno interprete: muliebre pudendum: locus, Celſo interfœmineum, Apuleio: fœmineũ, Volchero dicitur.

De reliquis ad muliebre pudendum facientibus vt hymene, virga muliebri & foramini vrinæ emiſſioni

ſioni deſtinato, cùm magis in ipſo ſinu latitent, de his inquam ſuo tẽpore, in hiſtoria vteri, agetur.

DE LVMBIS POSTEriore imi Ventris parte.

CAPVT XIII.

INFIMAM dorſi partem, vel partem poſteriorem à cinctura ad nates, ſeu vt habet Ariſtoteles 1. de hiſto. anim. 15. κατὰ τὴν γαστέρα τοῦ θώρακος, id eſt, è regione ventris, ὀσφύες, id eſt, lumbi cõſtituunt. Sic dicti, quòd ſint τῶν ὄπισθεν διάζωμα, vt vult Philoſophus: vel vt Apollodorus apud Suidam, quaſi ὀστοφυῆ, quod ea pars oſſea ſit & excarnis: vel vt, Meletius, οἷον ἰσοφυῆ, quod peraccommodè ſupernè inferneque oſſibus coaptentur: ἴσχες Heſychio: ἴσχια Meletio, ἀπὸ τοῦ ἰσχναίνεσθαι καὶ οἷον λεπτύνεσθαι, quòd videlicet graciletur ac ſubtilis fit: hæc enim pars erecti corporis ſubtiliſſima viſitur: ψόαι Marcello Virgilio, quod nomen Grammatici à libidine deductum volũt, quoniã illic libidinis pruritus, propter

renes ibi sitos excitetur: ἰξὺς, Polluci & Oppiano. Galenus in lexico Hippoc. ἰξύας ab Hippocrate vocari ait, quod inter coxēdicem & lumbum est interiectum: alijs προότμησις: alijs verò, quia eæ partes cinguntur, διάζωμα cinctus, pars tota dicitur. Lūborum autem nomine ea pars donatur, quæ inter extremas costas & os sacrum sita est. Horum medium ἄκνηστις quibusdam, quòd bruta eam κνῆσαι scalpere non possint, quod de quadrupedibus propriè dici vult Pollux, sed Homerus etiam de homine vsus est.

Diuiditur posterior hæc regio in superiorem & inferiorem partem. Superior pars (quam quinque vertebræ, quæ mediæ sunt inter os sacrum & dorsi vertebras, absoluunt) quæ propriè Lumbus, renum sedes, ψόα pulpa, ἀπὸ τοῦ ψαῦσαι à palpando: vel παρὰ τὸ ψάνω à tangendo, quòd in eis caro ipsa ossa tantummodo tangat, ac per superficiem tēdatur. Huius pars dorso proxima, quæ ad septum trāsuersum sita est, μετάφρε-

ρον, quaſi τὸ μετὰ τὰς φρένας, poſt ſeptũ poſita, dicitur: pars carnoſa introrſum ſpectans, vel interiores lumborum muſculi ψόαι, νεφρομῆτραι καὶ ἀλώπεκες Polluci dicuntur: ſic & Hippocrates lib. de arte, ψόας dixit. Clearchus autem, non interiores, ſed exteriores circa ſpinam muſculos, ſic nominauit, qui alijs νεφρομῆτραι dicuntur: in ipſis lumbis quæ protuberat caro, ψόαι Atheneo. Inter lumbos & ſequentem partem, nimirum nates, à lateribus ex vmbilici oppoſito extuberantia conſpicitur, quæ Latinis Ilia: ἰσχία, σκαφία ἢ κύβους Greci dixêre, quamuis & clunibꝰ hæc nomina quidam tribuant.



Inferiorem poſt lumbos partem, carnoſæ & globoſæ partes abſoluunt, quas Manilio, Libra regit, quæ ſedentibus puluini vicem præſtant, Græcis σφαιρώματα quaſi globoſæ circumſcriptiones: ἰσχία Ariſtoteli παρὰ τὸ ἴσχειν τοὺς καθημένους, quòd ſedẽtes ſuſtineant: quare Cælius Rhodiginus & Pollux, ἐφέδρανα ſedilia dixêre. Solùm autem hominem ἰσχία

habere monet 4. de historia animalium 10. licet & apro & leoni, Homerus tribuat. Idem 1. de historia animaliū 13. partis excretoriæ quod subditum quasi stragulū, est γλουτὸς nates appellat, qua voce Homerus & Herodotus etiam vsi sunt, ἀπὸ τῶν γλουτέων τῶν ἄνω: πυγαὶ, Aristophani & Athenæo: πρωχῶναι, apud Archippum comicum: κοχῶναι, Polluci: quibusdā σκαφία: veteribus Græcis κλῶνες, vnde Iuuenali & Latinis, clunes ac sedilia, à sedendo dictæ: Plinio, sedes: quibusdam nates à nitendo, quia ibi quàm in cæteris membris caro sit firmior, ne premente corporis mole ossibus offendatur, Horatio: alijs colliculi seu tumores natium dicuntur. His subiectæ partes carnosę ad femora eminentes, seu, vt Aristoteles 1. de historia animalium 14. loquitur, partes femoribus & natibus extrinsecus communes ὑπογλουτίδες (subnātes) subnatales vertit Gaza: alijs πρωχῶναι. Natiū verò diuisio, δίχηλος: Introductorio διχάλα: alijs σχισμὴ, fissura natium.

Recti

Recti inteſtini vltimū, Hippocrati κύρσης: ἕδρα ſedes Budæo ex Dioſcoride: ἕδρα Meletio, παρὰ τὸ ἑδραῖον τοῦ τόπου, à loci videlicet firmitudine ita dictū: ſiue, παρὰ τὸ ἕζω τὸ καθέζομαι, quaſi ſedere diceres: πρωκτὸς Ariſtophani, οἷον προακτὸν, quòd videlicet per ipſum ſiccum excremētum proijciatur: στεφάνη Polluci, & στέφανος à rotunditate orbiculari: ἀρχὸς, τράμις καὶ πυγὴ quibuſdam. Anus, Ciceroni: podex, quòd ex eo pedes fluere videantur. Ani autē foramen, vel ſordium canalis, à figura δακτύλιος anulus: ab officio verò, σφιγκτὴρ παρὰ τὸ σφίγγω ſtringo, ſtrictor Introductorio: κῶλον Meletio. Latinis, locus, culus Virgilio dicitur: huius circulum antiquorum aliqui, Socum nominarunt. Ipſius verò ani rugæ & plicæ, στολίδες Aëtio: ῥαγάδες Scribonio. Plinio, rhagades: ani fiſſuræ & rimæ ſedis, Medicis nominantur. Quando verò plus æquo intumeſcunt vel rugæ, vel venæ ipſius ani hęmorroidales dictæ, tunc fiunt tubercula quæ κονδυλώματα dicuntur.

DE

DE ARTVBVS, ET primùm

DE MANV.

CAPVT XIV.

MEMBRA è trunco explantata ſeu extãtia à Latinis ἐκφύσεις à Gręcis dicta, explicanda veniunt, quæ melioris vitæ gratia diuinitùs ſunt conceſſa: hęc κῶλα, quibuſdam, vt Homero γυῖα dicuntur, quamuis Etymologicus γυῖα propriè pedes ſignificare velit. Hippocrates verò noſter 6. Epidem. vt Galenus comment. 4. monet, γυῖον de toto corpore dicit. Latinis, artus ab artãdo Priſciano: Grammatici tamen curioſiores, artus de animantibus tãtùm: membra verò, de inanimatis quoque dici volunt.

Sũnt autem Artus duplices, ſuperiores, Manus nimirum: & inferiores, Pedes videlicet, de quibus poſteriore loco, nunc de manu.

In omni aliorum animalium genere, anteriora corporis mẽbra pedes ſunt, in humani verò corporis ſtructu-

ſtructura pro anterioribus animaliũ cruribus manus habentur. Cùm enim homo erecto feratur corpore, ſatis quidem ad greſſus tutelam, geminorum pedum vſus faciũt. Ad hęc, rationis vſibus manuũ officia obſecundant: nam manus ipſas rationalis naturæ, vt ait Meletius, partes inſtrumẽtales rectè appellares, non modò quòd cõmunibus, quæ apparẽt rebus, omnia munia ſolertiſſimè peragant, verùm etiam apto ipſorum miniſterio cogitationes noſtræ quandocunque acciderit, per literarum vſum oſtendimus, & hoc quidẽ rationalis natura munus ſortita eſt, quòd ſummi rerum conditoris gratia, per literas abſentes alloqui nobis eſt datum, & neſcio quo pacto manuũ officio in diſputationibus vti, cùm ad literarum figuras voces accõmodamus. Quare, Gregorius Miſſenus inquit, ad cæteras partes man⁹ ipſas enunciãdæ voci obſecundare: ſi enim in rebus peragendis, quæ ad vitam attinent, innumeros horũ tam aptorũ

inſtrumen-

instrumentorum vsus recẽsere vellem vniuersas, quę ab ipsis efficiuntur, artes ac belli pacisq; commoda complecti necessarium esset. Atqui ipsas, orationis præsertim gratia, Deũ ipsum corpori nostro adhibuisse credẽdum est. Si autẽ ipsarũ homo expers fuisset, in cibo capiendo brutorum instar motum perageret. Quòd si homo manibus careret, quorsum in oris partibus articulatę vocis cõstitutio, cùm in exequẽdis, quę ab ore eduntur, instrumẽta deficerent? Itaq; aut ouiũ balatũ edere: aut, vt caprarũ gen⁹, micare; siue, vt canes latratu vti: aut equorũ more hinnitũ edere: vel boũ mugitu, seu asinorum ruditu aures implere, aut aliquid ferinum sonare necesse esset. Sed cùm ineffabilis Creatoris sapientia manus corpori adhibuerit, facilè quidem manus ori ipsi ad orationis ministerium sufficiunt, de quarum partibus paucis.

Manus χεὶρ, licet nunc impropriè, prima tamẽ & antiquissima significatione, tota illa pars, quę ab humero ad

rò ad extremos vſq; digitorũ apices abit, dicitur, qua in ſignificatione Homerus & Plutharch⁹ vſi: aliquãdo etiam βραχίων brachium, vt Ariſtoteli 1. de hiſt. anim. 15. dicitur.

Diuiditur autẽ Galeno lib. de inęquali intemp. 2. in humerũ ſeu βραχίονα in ſpecie ſumptũ, cubitum (brachium Latinis) & poſtbrachiale ſeu ἄκραν χεῖρα extremã manum. Ariſtoteli verò loco citato, manus partes ſunt ὦμος, ἀγκῶν, ὠλέκρανον, πῆχυς καὶ χείρ: id eſt, lacertus, agilis, gibber, cubitus & manus, vt Gaza vertit.

Prima pars, quę à ſummo humero, ad proximũ vſq; articulũ cubitiúe flexurã extẽditur, Gręcis, vt Introductorio βραχίων, brachium, quaſi βραχίων, quaſi breuẽ interpretareris, dictũ volunt, quia brachij os femoris oſſe breui⁹ habetur: ὦμος Ariſtoteli: ἐπωμὶς καὶ ἀκρωμία Polluci: nonnullis ὠλένη καὶ ὠλλω: humerus, Celſo: armus Feſto, quòd ex ea parte arma dependeant: Latini verò, id quod eſt à brachij flexu vſq; ad brachiale, Brachium ſeu cubitum nominant.

Hoc

Hoc Geminis ſubiacere vult M. Manilius lib. 2. Aſtrono. propter ſimilitudinem: gemelli enim vtplurimũ ſimiles eſſe conſueuerũt. Huius caput ὦμα dicitur: ἀκρωμία Polluci: ἐπωμὶς Euripidi quod lato ſcapularũ oſſi inſeritur. Cauitas ſub humeri articulo ſeu brachio, Ariſtoteli & Polluci μασχάλη axilla: Xenophonti, μαλὴ: ala vulgò, quia in ea pili quaſi pennæ naſcantur, dicitur: qua de re plura capite de Thorace.

Altera pars quę eſt à cubiti flexura ad proximum articulum carpum extenſa, πῆχυς Introductorio, ἀπὸ τοῦ πεπηγέναι ἄκρῳ τῷ βραχίονι quod extremo brachij compacta ſit: ὠλένη vlna, ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῶν ὀλοῦσθαι τὰς πράξεις, ἢ πληροῦσθαι, quòd videlicet ipſis opera peragantur, perficianturq́;, Polluci & Heſychio: quibuſdam ἀγκὼν, παρὰ τὸ ἀνέχειν à geſtando ſuſtinendoque: ὠλέκρανον Atticis. Latinis cubitus & vlna, communiter brachium. Ciceroni lacertus & brachium, vt & Celſo. Huius ad brachium commiſſura βαθμὶς Polluci. Flexus verò cubiti,

cubiti, ſeu articuli angulus eminẽs & protuberans, cui innitimur, propriè dicitur ἀγκὼν Ruffo (quamuis & curuaturam manus ſignificet, vt oſtendit Stephanus in Homerum) quo in ſignificato & Hippocratem vſum eſſe, Galenus in libro de vſu partium oſtendit: κύβιτον Hippocra. Dioſcoridi & Ruffo: ὠλέκρανον Ariſtoteli: κύβωλον Polluci: alijs κορωνόμος. Latinis gibberus, propter partem extantem & eminentem, ſicut caput, gibberũ & dorſum olim vocabant: alijs, qui Plinium fortaſſis imitati, dicitur cubitus: Plauto, gibber brachij. Ipſa cubiti incuruatura ἀγκύλη: vel, vt Heſychius, ἡ καμπὴ τοῦ ἀγκῶνος. Inferior cubiti pars iuxta carpum tenuior, Hippocrati in officina medici & Polluci ἀκρωλένιον: alijs ἀπόξηρα καὶ ἀποξήσυς: huius pars ſuperior, ἐπιπήχυ: inferior verò, ἀγοτὸς Polluci. Interior tandem carnoſa cubiti pars, πυρωλένιον eidem dicitur.

Tertia pars eſt ea, quæ à cubito extremo incipit, & in aciem digitorum terminatur, ac ſpecialiter χεὶρ

H (quo

(quo ſignificato Ariſtoteles, Homerus & Thucydides vſi) manus, ἀπὸ τῆς χρήσεως ab vtili videlicet vſu, ὡς αὐεὶ χρεῖαι οὖσαι quaſi vſib⁹ neceſſariæ ſint: nulla enim ars abſque manibus perfici poteſt, vt eſt apud Homerum:

χειρῶν ἀπολλυμένων ἔρρει πολύεργος ἀθήνη.

Diſſectis manibus pereunt quoq; Palladis artes : ſiue παρὰ τὸ ῥάον χρεῖσθαι, quod res facilè agant: vel ab ἴσχω τὶ κρατῶ, quod capio ac retineo facit, quia ad res continendas earum officium idoneum habetur. Galeno de fracturis, χεὶρ ἄκρα: Hippocrati verò, ἀκρόχειρ ſumma manus & extrema manus dicitur. Hęc Latinis propriè manus à manãdo, quod ex brachijs manet, vocatur, & eſt Galeno 3. de vſu partium, ὄργανον ἀντιληπτικὸν: (his enim armis natura hominem, contra incurſum hoſtium armauit, quo omnia armorũ genera adaptaret, ijſque ad defenſionẽ ſui & proximi vteretur) vel vt Ariſtoteles ὄργανον ὀργάνων, inſtrumentum ante inſtrumenta eidem 4. de part. animal. 10.

natura

natura enim homini quia prudentissimum omnium animalium est, ideò manus dedit: natura, vt homo prudens ita cuique rē, qua vti possit, tribuere solet, quare natura ei qui artes plurimas recipere potest, manum dedit, quæ ad plura instrumenta vtilis est cùm cætera instrumenta fabricet. Anaxagoras, vt Plutarchus refert, manū sapientiæ causam esse dicit, cuius & Aristoteles loco cit. meminit: nisi enim figuras & literas pingeret, & faceret machinas, neque doceri, neque disci vllæ artes possent. Sed Plutarchus allegoricam interpretationē addit, manus, id est, experientiam sapientiæ causam esse. Hæc Fortitudinis sedes est. Qui enim auxilium quærunt, dextram petunt, & hāc Numa Pompilius, vt habet Liuius libr. 1. fidei consecrauit. Non modò autem rerum opifex manus ipsas instrumentum ad res capiendas, verum etiam ad tactus vsum constituit, hacq; de causa ipsis interius exilem cutim superinduxit & pilis carere voluit,

quo quamprimum omnis generis res deprehenderentur: siquidē manus, quæ asperiores sunt, vt agricolarum ac remigum fortiores validioresque habentur, in tactu verò, tardiores hebetioresque: quę verò, molliores vt scriptorum, debiliores sunt, at tactu exactiore vtuntur. Sed quoad totum corp⁹, respectu quodam manibus inest quid, quód amorem rectè appellare possumus, quod ne rerum naturæ quidē ignaros latet. Nam cùm pedis digitum in lapidem impingi contingit, tunc primum manus ibidem occurrens, complectendo fouendoque doloris locum solari nititur: si verò pes spina compungitur, manus ipsa solerti motu sese circum vndiq; agēdo educere illam satagit. Si quando capiti nostro pediculus, siue dorso pulex aculeum inflixerit, vlciscendi eius gratia manus ocyssimè fertur. In summam autem dicendum est, quòd, quamcunque corporis nostri partem vel perspicuo vel abdito dolore premi contigerit, huic manus

nus ipſa, hinc inde locũ pertractando, nonnihil opis afferre ſtudet. Siquidem ſummi Creatoris prouidẽtia, omnium actionũ ac cuiuſlibet accõmodati motus ad ſolamẽ tum noſtri, tum aliorum facientis primitias manibꝰ largita eſt, ita vt nõ facilè ſit ſingillatim omnia percurrere.

Duæ autẽ ſunt Manus, vna dextra, altera ſiniſtra. Dextra δεξιὰ, ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι, quòd maiori ex parte, quæ nobis dantur cum ipſa accipimus: vel, ἀπὸ τοῦ δεξιέναι δι' αὐτῆς τὰς πράξεις, eò quòd ipſa plurimas res agamus ac complectamur. Siniſtra verò ἀριστερὰ, & læua λαιὰ nuncupatur. Læua quidem, ἀπὸ τοῦ λελεῖφθαι, ὅ ἐστι κεχωρεῖσθαι τῶν πράξεων, quòd videlicet operibus, ſi dextræ conferatur, ob ſui naturam priuetur. Ἀριστερὰν verò, οἷον οὐκ οὖσαν ἀρίστην, quaſi quòd non egregia optimaq; ſit, ſed quę in dextræ obſequio ac miniſterio conſiſtat, & quæ dextra deficiente eidem comparari nequeat. Hæc autem & σκαιὰ dicitur, παρὰ τὸ σκάζειν, quod claudicare interpretareris, quia in rebus

peragendis ipsa per se claudicet: siue διὰ τὸ σκεάζειν, quod aberrare est. Videas tamen multos in rebus peragendis, non secus læua ac dextra commodè vti: & hi ἀμφοτεροδέξιοι ambidextri appellantur. At quidam impedito dextræ officio, in artibus perficiendis lęua strenuè vtuntur: vnde euidētissimum argumentum habetur, dextram læua potiorem neutiquam esse, vt quidam opinati sunt, sed ita ob eruditionem ipsas habentium à primo earum principio, sub hac appellatione demonstratæ sunt, vt & Philosophus Meletius sentit.

Manus partes sunt ex Aristotelis 1. de historia animalium 15. sententia, θέναρ, καὶ δάκτυλοι πέντε, palma & digiti quinque: nos verò cum Galeno libro de inæquali intemp. 2. manus partes tres facimus, καρπὸν μετακάρπιον καὶ δακτύλους, brachiale, postbrachiale & digitos.

Prima manus propriè dictæ pars est ea, quę flexuræ cubiti proxima, vbi palma seu manus cubito iungitur,

tur, καρπὸς Aristoteli & Introductorio: κερκὶς & κλεὶς Hesychio. Carpus, brachiale vulgò: prima palmæ pars Celso: rasceta barbaris: roseta vulgò, quia eam partem rosis ac varijs floribus exornare solebant, Volchero. Vnde pulsum arteriæ explorantes, manum in carpum mittere dicuntur, authore Galeno: Huius prima pars προκάρπιον Polluci: alijs verò, quod ante vel supra καρπὸν est. Sic media τοῦ καρποῦ pars, μεσοκάρπιον dicitur.

Altera pars huic proxima à carpo ad digitorum, vnde exoriũtur, principium extensa, μετακάρπιον Introductorio, quòd sit post καρπὸν, ἀνδηρον: à constructionis forma cum pectore, στῆθος pectus: κτένιον Græcis, vnde Auicennæ pecten manus. Post brachiale, torus manus & Celso palma nominatur: quibusdam ταρσὸς, cui digiti ita infixi sunt, vt alis pinnæ, & nauibus remi.

Huius alia pars est interior, θέναρ Aristoteli, vola Gazæ: alia exterior, quæ Aristote. loco citato νευρῶδες καὶ

 ἀνώνυμον

ἀνώνυμον neruoſa eſt & nomine carens. Interior quæ manum cauam reddere poteſt, dum exporrecta eſt, θέναρ Hippocrati & Aphrodiſæo, διὰ τὸ δι' αὐτῆς θένειν, ὅ ἐστι τύπτει, quòd per ipſam ictus ac verbera inſligãtur: vel, διὰ θέσεως εἶναι χωρίον, quaſi poſitionis locum eſſe interpretareris, cùm in ipſa quę dari ſolent, imponãtur, ait Meletius. Homero θέναρ & παλάμη palma dicitur, ὅτι δι' αὐτῆς πολλὰ πεπαιήμεθα καὶ τεχνόμεθα, quòd videlicet ipſius officio plurima capimus ac perficimus, quæ res in omnibus, quæ per nos efficiuntur, perſpicua redditur. Poſterior verò man⁹ pars & quaſi auerſa, ὀπισθέναρ, quod tamẽ Pollux reprehendit. Dum verò cõcaua redditur, κοτύλη Polluci: κοῖλον χειρὸς Introductorio: γύαλον à cauitate Etymologico. Vola manus & media pars manus dicitur.

Palma manus, pluribus ex partibus conſtat: eius enim initium aliquantum extuberans ῥίζα χειρὸς, radix man⁹: alijs ἄνθηρον quaſi exaggeratum vocatur. Medium manus

Chiro-

Chiromãticis μεταστήθιον, quasi interstitium inter τὰ στήθη, seu monticulorum in manu interstitium.

Tubercula palmę succedunt manus pulpam constituentia, quæ in interiore manus sunt latitudine, seu vola, quam Hippocrates θέναρ, ἀπὸ τοῦ θένειν à percutiẽdo, vocâsse visus est. Carnosa enim pollicis pars sub manus cauo exsurgẽs, στῆθος ἀντίχειρος Polluci: στῆθος Ruffo, quasi pectus dixeris: mons pollicis, Latinis. Spacium verò quod pollicem indicemque intercedit carnosumq; est, sub quo manus in cauum subsidet, θέναρ dici, Ruffus libro 1. monet: altero verò libro, θέναρ esse dicit id interstitium, quod inter annularem ac pollicem est: Galeno verò ἀρυχωρία: στῆθος χειρὸς Polluci, huiusque exterior pars ὀπισθέναρ eidem dicitur. Quod inter pollicem & medium est, πλὴξ Suidę: quod tandem ipsi θέναρι sub imo digito opponitur, ὑποθέναρ vocãt. Polluci ὑποθέναρ spacium est id, quod est ab indice vsque ad minimum digitum: vel, vt Ruffus, quod sub qua-

tuor digitis eſt, & hoc aliquib⁹ στῆθος χειρὸς pectus manus, dicitur.

Cùm autem ſingulis digitis tuberculum ſubijciatur, Chiromātici, qui montes vocant, ad Planetas retulêre, qua de re multa Cardanus lib. 15. cap. 78. de varietate rerum, Taiſnerus item & alij habent. Chiromantici enim, duo potiſſimū in Manu conſiderant: primùm, Tubercula tàm manus quàm digitorū: dein Inciſuras, quas plerique Lineas vocant, cùm triangulo & quadrangulo: in viro quidem manū dextram, in muliere ſiniſtram: alij tamen pro diurna nocturnaúe natiuitate, modò hanc, modò illam, inſpiciunt.

Tuberculum autem vel Mons vocatur carnoſa protuberantia, quæ in manu & ad digitorum radices conſpicitur: ſinguli autem ſingulis Planetis conſecrati ſunt: pollicis tuberculū, Marti: indicis, Ioui: medij, Saturno: annularis, Soli: minimus, Veneri tribuitur. Triangulū in vola manus, Mercurio, Hypothenar tandem, Lunæ conſecrarunt. Sunt tamen

men

men Chiromanticorum nonnulli (quos etiam plerique ſequuntur) qui Pollicem Veneri: auricularem, Mercurio: & triangulum Marti tribuant. Iam prout Planetæ mons altior eminentiorique loco ſitus fuerit, prædominari Planeta dicitur, & ex huius prædominãtis Planetę natura, vt plurimum de temperamento ſeu conſtitutione, natura & moribus hominis ratiocinantur.

Ne autem quidquam, quod de partibus externis dici poſſit, intactũ relinquatur, etiã de Inciſuris in vola manus apparentioribus, quibus natura miras ſignificationes temperamenti impreſſit, quarum obſeruatio χειρομαντείαν peperit, aliquid dicẽdum. In hac, etſi vt in reliquis diuinationibus, vt habet Philip. Melãchthon, multa inepta & ridicula tradantur, tamen & Ariſtoteles non prorſus commentitiam eſſe hanc linearum obſeruationem, exiſtimauit. Nã & in 10. Sect. Probl. 48. problemate, quærit de linea vitæ. Quare longęui ſint, qui manus cæſuram per

per totam obtinent palmam. Sic & 1. de historia animalium 15. de eadem agit. Quare ex Chiromanticorum doctrina, delectationis gratia aliquid afferamus. Cùm enim experientia cognitum dicant, incisuras vel lineas in manu esse indices temperamenti in homine, ideò à præcipuis etiam membris arcanam vim, quam Lineæ colore adumbrẽt, deriuari. Præcipua autem membra cùm sint Cerebrum, Cor & Hepar, inde etiam his nomina tribuerunt. Sed ad rem.

Incisuræ seu lineæ, quæ γραμμαὶ καὶ τομαὶ Græcis vocantur, quatuordecim obseruantur: quarum autem vsus apud eos maximus est, septem sunt, ex quibus tres priores in omnium manibus semper conspiciuntur: reliquæ verò aliquando apparent, aliquando verò, etsi apparuerint, tamen obliterantur: inter has autem illa eminet quæ ζωηφόρος uitifera vel linea vitæ dicitur: de qua primò.

Linea prima, sub indicis radice princi-

principium ſumit, & per palmæ medium, quadrantem quaſi circuli cõſtituens, & pollicis extremitatem ac ambitum circumſcribẽs, ad Reſtrictam abit. Hęc καρδιακὴ cordialis, quòd cordis temperamentũ indicet: χρονικὴ temporalis: vitę & cordis: cùm cor fons vitæ ſit, ſolis, vitalisq́; dicitur. Huius Ariſtoteles meminit 1. de hiſt. anim. 15. his uerbis: pars interior manus θέναρ σαρκῶδες καὶ διηρημένον ἄρθροις, τοῖς μὲν μακροβίοις ἑνὶ ἢ δυσὶ δι' ὅλου: τοῖς δὲ βραχυβίοις δυσὶ καὶ μὴ δι' ὅλου: id eſt, Vola carnoſa eſt & ſciſſuris vitę indicibus diſtincta: lõgioris ſcilicet vitæ, ſingulis aut binis ductis per totam: breuioris binis, quæ non longitudinem totam deſignant.



Secunda, ſupra vitalem eſt, quę à thenare vel extremo lineę vitæ incipit, & tranſuerſim per mediã volã delata ad Lunæ montem extenditur. Hęc quibuſdam ἡπατικὴ hepatica & ἀναγκαία: propriè tamen naturalis, Lunæ, media & cerebri dicitur.

Tertia

Tertia, ſupra naturalem eſt, ac ab hypothenare incipiens, indicis tuberculum verſus progreditur. Hæc menſalis, viguitatis, thoralis & Veneris linea appellatur.

Quarta, à fine vitalis incipit, & obliquè ad naturalē aſcendit, & cum ea angulum dextrum cōſtituit: hæc eſt propriè ἡπατικὴ hepatica, iecoraria, Iouis & ſtomachi linea.

Quinta, quę ex multis ramulis conflata videtur, à reſtricta oritur, & obliquè ad minimum digitum tendit: hęc via lactea dicitur, & hepaticę ſororem vocant.

Sexta, à carpo initium ſumens per manus longitudinem vſque ad medij digiti tuberculum conſcēdit, & triāgulum cum vitę & hepatis linea conſtituit: hanc Fortunę lineā, alij κεφαλικὴν capitalem & Saturniam dicunt.

Septima eſt, quæ in manus & brachĳ iunctura conſpicitur, tranſuerſim per carpum procedit: & hęc eſt quam Reſtrictā, raſcetā, diſcriminalem & brachialis lineam nomināt.

Hæ

Hæ ſunt ſeptem pręcipuę manus inciſurę lineęúę, quę quo in plures ductus inciſę & decurtatę maleque coloratæ, eò magis infirma omnia & inſtabilia eſſe indicant: cõtrà verò ſi integrę, eminentes & eleganter rubentes, contrarium, integrum nimirum, & ſanum hominis temperamentum pręſagire, oſtendunt.

Sed & alias ſeptem lineas manus addamus.

Octaua, circa thenar exoriẽs per montem pollicis ſupra vitę lineam, vſque ad reſtrictã abit: hęc ſoror vitalis & Martialis dicitur.

Nona, naturali ſubiacens à thenare incipit, & per manus longitudinem, tuberculũ Lunę verſus deſcen dit: hęc ſoror cerebralis vocatur.

Decima, inter annularem & mini mum digitum exoritur, & circulariter progrediendo inter medium & indicem finit: hęc cingulus Veneris, nonnullis ſoror menſalis nominatur.

Vndecima, à radice digiti annula ris originẽ ſumit, & rectà vſq; ad tho

ralem di-

lem dictam descendit, Solarisque dicta est.

Duodecima, in loco hypothenare dicto, inter radicē minimi digiti & principium thoralis conspicitur Venereaque indigetatur: quòd ex hac de matrimonio iudicium sumatur.

Decimatertia, à linea vitę oritur, & ad illud spacium, quod est inter indicem & medium digitum fertur: hęc Via combusta appellatur.

Decimaquarta, ab initio vitalis per manus latitudinem ad hypothenar progreditur, & Cingulum Orionis nominant.

Est & in manu Triãgulus, & Quadrangulus. Triangulus id spacium est in vola manus, quod linea vitali, naturali & hepatica includitur. Quadrangulus autem vocatur id spacium, quod est inter lineam thoralem & naturalē, quod aliqui mēsam manus nominant.

Sed hæc hactenus ex Chiromanticorum doctrina, plura qui volet, eosdem consulat: & quò, vnde digressa

gressa est nimium laxatis habenis, eò redeat nostra oratio, exteriorem manus partem pertractemus.

Exterior manus pars, quæ auersa est, dorsum manus, Poëtis summa manus dicitur: nonnullis, teste Polluce, ὀπισθέναρ: à forma κτεὶς pecten: antiquis Græcis, δῶρον palmus & προκάρπιον. Huius partes iuxta carpos στήθη, pectusculum Polluci: sinus Volchero. Reliqua pars ad digitos vergens, ταρσὸς καὶ κράτος, tanquam manus robur Polluci: fiscina Volchero. Sic Suidas & Eustathius extremã manus partem, id est, digitorum ordinem ταρσὸν dixerunt. Sed & manus, quãdo in partem domesticam decumbit, prona manus πρηνὴς χεὶρ dici potest: quemadmodum supina manus ὑπτία χεὶρ, Suidæ, quãdo nimirum auersa est sylvestri innitens.

Tertia manus pars est, quæ digitos complectitur, qui δάκτυλοι (aliquibus etiam σκυταλίδες & φάλαγγες, qui volunt vocabula manibus & pedibus attributa, non solùm ad nuda ossa, sed etiã ad partes, quibus ossa

conteguntur, referenda esse) Dupliciverò de causa digitos δακτύλους dixerunt: altera quidē διὰ τὸ δέχεσθαι, quasi apprehendere siue continere diceres: altera verò διὰ τὸ δείκνυσθαι, quasi diceres δεικτύλους, quòd videlicet in demonstrandis rebus eorum officio vtamur. Horū pars, vt loquitur Philosophus 1. de historia animalium 15, quæ se inflectit, id est, contrahitur & curuatur, κόνδυλος (nodum siue articulum Gaza vertit) dicitur: hinc & plaga κόνδυλος nomen sumpsit: quæ verò rigida constat, hoc est, spacium inter condylos digitorumúe nodos, vbi extēsi sunt, φάλαγγες Aristoteli & Galeno, internodia Gazæ dicuntur. Qui verò hos subeunt articuli, σκυταλίδες Galeno de ossibus & Polluci, quòd eo ordine digitorum ossa sint disposita, vt velut equitum turma in acie stare videantùr. Aristophani verò φάλαγγες, quia singuli ossa terna mutuo colligata & velut in acie succedentia habeant. Vnde digiti procedunt, στῆθος χειρὸς pecten manus

Intro-

Introductorio dicitur. Iam verò in qualibet manu, quinq; naturaliter sunt constituti digiti (quos sub Mineruæ tutela veteres esse voluerũt) plures enim si fuerint, aut tales non sunt, cum alijs tantùm adnascuntur tanquã inutiles ramusculi, aut propagines: aut certè monstrosi sunt. At non parem longitudinem digiti inuicem sortiti sunt, quòd ita decori magis respondeant, & ad motum aptiores reddantur. Si enim in æqualem finem desinerent, non modò incongrua, indecensque eorum constitutio esset, verum etiam ad res peragẽdas inconcinna & imbecillis videretur, cùm in capiendo vnà rebus applicati, eos à proposito fine plerunque frustrari accideret: sed in eo, quòd sunt disparis longitudinis, natura in longũ inuicẽ cohęrentibus ossiculis cõposuit, quo omnes, alter alteri ministrando maiori robore & tactu accõmodatiore vtentes, fortiores in actu euaderent. Nunc ad eorum nomina.



Digitorum primus ἀντίχειρ pro-

manus Polluci, quòd ſolus tantum valeat, quantum reliqui quatuor digiti, Galeno teſte: ſeu, quòd quaſi manus altera ſit, quippe ꝙ eo dempto manca futura ſit manus, & mãcus eius vſus: multis enim operibꝰ ſubleuandis impar eſſet. Alij, ex eo nomen habere tradunt, quòd digitis oppoſitus ſit, & exaduerſo ſitus: μέγας δάκτυλος magnus, Hippocrati & Ariſtoteli (cui & μονοκόνδυλος, cęteri uerò δικόνδυλοι dicuntur) nominatur: alijs δικόνδυλος, quòd duo ſolùm in hoc digito internodia obſeruentur. Latinis, vt Ciceroni, pollex, quòd vi & dignitate cæteris æquipolleat, ſine cuiꝰ auxilio reliqui nihil agere poſſint: Feſto dicitur hallus & hallux ἀπὸ τοῦ ἅλλομαι ſalto, ꝙ conſtricta manu, velut inſilijſſe in alium videatur.

Secundus, vt & reliqui tres, Ariſtoteli δικόνδυλος: alijs τριικόνδυλος ꝙ tres articulos habeat: λειχανὸς Introductorio à λείχω lingo, Boëthio teſte. Sunt qui ἀπὸ τοῦ λίαν καὶ χαίνειν dictum velint, quoniam inter hunc & polli-

pollicem magnus ſit hiatus: δεικτικὸς δάκτυλος demonſtratorius, Iſidoro. Latinis, vt Ciceroni, ab vſu index, quòd in indicanda re quapiam eo vti ſoleamus: ſalutaris Suetonio & Martiano: fortè, quia eo os comprimimus ad ſilentiũ, quod ſalutare eſt prę̨ceptum: vel, quia non ſalutamus niſi viſa & indicata.

Tertius, qui cę̨teris longior & apparentior, & ob ignauiam in digitorum medio poſitus videtur, tanquam aliorum defenſione indigẽs, vt inquit Martius, ideo ab antiquis infamis digitus vocabatur, in qua ſignificatione Perſius quoque vſus eſt: μέσος Introduc. καταπύγων Atticis, Polluci: σφάκελος Suidæ: medius, (ſcilicet inter digitos) Martiali: alijs obſcœnus digitus: medius vnguis, Iuuenali: verpus & famoſus, impudicus Iſidoro, quia hoc extenſo homines deridere, vel infamia notare ſolebant. Vuillichius impudicum dictum cenſet, quòd exporrectus alĳs vtrinq; ſubductis, pudẽdi virilis formam præ ſe ferat.

Quartus minimo proximus, ἐπιβάτης, παράμεσος Introductorio & Polluci: δακτυλιώτης, digitus annularis: ἰατρικὸς medicus Introductorio, quòd prisci Medici eo medicamenta miscerent: annularis Agellio, eò quòd in eo annuli ferantur. Cur autem in hoc potius annulos quàm in alio gestarint veteres, Aulus Gellius in Noctibus lib. 10. cap. 10. exponit, dum ostēdit veteres Græcos & etiam Romanos, in digito sinistrę manus, qui minimo est proximus, annulos gestasse. Causam huius rei in libris Aegyptiacis hāc esse dicit, quòd, quia insectis apertisq; humanis corporibus, vt mos in Aegypto fuit, repertus sit neruus quidam tenuissimus, ab eo vno digito ad cor hominis pergere ac peruenire, propterea non inscitum visum sit, eum potissimùm digitum, tali honore decorare, qui continens & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur. Macrobius lib. 7. Saturnalium cap. 13. medicinalem vocat, & inquit ob neruū hūc,

nouum nuptum huic digito tanquam cordis vicario, ſuę ſponſæ annulum imponere: verũ de ſiniſtro, non autem de dextro dicitur.

Quintus eſt μύωψ: ὠτίτης auricularis, quòd eo κυψελίδας, aurium nimirum excrementa, (vnde quibuſdam κυψελίδες) expurgemus: & μικρὸς Introductorio: minimus ob breuitatem Plinio: omnibus enim & corpore & virtute eſt inferior.

Pręterea in digitis partes aliæ ſunt externæ, aliæ internæ. Internæ digitorũ iuxta vngues ſummitates vbi pulpulæ teretes, Polluci & Ruffo κορυφαὶ, ἄκινοι, ῥάγες alijs: vertices, acinos, vuas, cacumina & apices dixeris. Extrinſecus iuxta articulorũ commiſſuram tres protuberantiæ cõſpiciũtur, quę κόνδυλοι nodi: quorũ primi in digiti curuatura & iunctura vngui vicina, Ruffo προκόνδυλοι: medij κόνδυλοι: poſtremi in ea digiti iunctura, quæ metacarpio vicina eſt, Polluci & Ruffo μετακόνδυλοι: à Latinis omnes nodi, internodia ac articuli vocati ſunt.

Digitorum fines externos obtegunt Vngues, qui duplici de cauſa cōſtituti ſunt, altera decoris gratia: altera verò quò digitis ipſis in rebus gerendis expeditior facultas adeſſet, dum enim retrò in extremo digitorum conſiſtunt, digitis robur quoddam ad res capiendas impertiuntur. Sed & ad ſcalpendum accommodati: in plurimis verò animalibus, vt in aduncis & pleriſque ex quadrupedum genere viſuntur, quaſiq; iraſcibilis partis inſtrumentum ſint, vlciſcendi gratia inſunt: in alijs verò vt equis, cęteriſque, quibus natura ſolidam vngulam largita eſt, propulſandæ iniuriæ & greſſus ſtabiliendi cauſa vngulæ exiſtūt. Sed de vnguium vſu vide Auicennā & Auerroëm in Cantico, & alios.

Vngues verò, quos hominū mores indicare volunt, Gręcis dicūtur ὄνυχες παρὰ τὸ νύσσω à lancinando: vel οἷον ἄνυξ, ὁ ἀνοίγων τὴν σάρκα ἐν τῷ φύεσθαι quaſi aperiat carnem, cùm in ſui ortu ipſam aperire cernatur. Horum initia, ῥιζωνυχίαι καὶ ῥιζώνυχες vnguium

radi-

radices: Pollux verò, margines vnde vngues prodeũt, ῥιζώνυχες dixit. Horum partes superiores, ἄργεμοι ab albore Polluci dicũtur: quę verò sub vnguibus abscondita sunt, κρυπτὰ occulta idem vocat. Circa vnguium exortum semilunula cãdicans, Polluci ἀνατολὴ, id est, exortus. Pellicula eorum radici adnata, maculæ albæ & mendacia Volchero, cui & ἀργεμώνη: quæ verò vtrinque sunt παρωνυχίαι rediuiua Polluci: quęque post hæc sunt, γωνίαι anguli eidem. Quòd si circa vngues caro excrescat, quę partem vnguis operiat, tã in pedum quàm in manuũ pollicibus præcipuè eminens, quod in pedibus ex offensione interdum, in manibus ex paronychijs oritur, pinnulã aliqui dicunt. Albida vnguiũ puncta, vel quæ in vnguium superficie nubecularum speciem repræsentant, νεφέλια, nubecula Polluci. Vnguium in summo extremitas, ἀκρώνηξ καὶ ἀκρωνυχία, Suidę: ςόνυξ Hesychio. Manuum tandem pedumq; extremitates, ab vnguium summi-

tatibus ἀκρωνυχίαι Polluci dicuntur. Et hæc de partibus manus.

Manus autem extrema cum clausa & in pugnum contracta eſt, πυγμὴ Suidæ & Heſychio: pugnus, Plauto: χόνθος, κόνδυλος Demoſtheni: δρὰξ, πίτυλος alijs dicitur: κόνδυλος tamen & κρόμβος etiam ſignificat ictum, quo digitis compreſſis aliquem petimus, quandoúe medius digitus ab ipſo pollice it: Martiali condylus: Suetonio talitrum, Germanis ein ſchnelling dicitur. Dum verò vtriuſque manus digiti iungũtur, dicuntur Plinio digiti pectinatim inter ſe amplexi. Ouidio, pectine iuncti: Apuleio verò, palmæ in alternas digitorũ viciſſitudines cõnexæ. Hactenus de tota Manu.

DE PEDE TAM magno quàm paruo.

CAPVT XV.

VLTIMA corporis pars ſuccedit PES nimirũ: quẽadmodũ enim in medio ventre erant brachia

brachia cum ſuis partibus ἐκφυάδες, id eſt, enata vel adnata mēbra, quæ apud Lactantiū extātia, apud alios explantata nominantur, inſtrumenta ad capiendum idonea: ita in imo ventre ſunt inſtrumenta ad corporis tranſitum ſeu ingreſſum à rerum opifice conſtituta, Pedes nimirum magni, quæ totum corpus ceu columnæ ſuſtineant, vt his ſuffultum loca mutare, vrbes inuiſere, negotia exſequi, pondera attollere, ac diuerſa ad loca ferre eadem ac referre queat.

Magnus pes à natibus incipit, & in plantam parui pedis, eiusque digitorum ſummos apices deſinit, verū impropriè Pes dicitur. Ariſtoteli, Galeno & Polluci σκέλος, quod nomen alij tibiæ tribuunt. Hos autem ad interiora inclinare moderatè decet, quò mutuo inuicem officio vtentes, rectè motionem perficiāt. Si enim alterum ex ipſis à naturali ſitu diſtorqueri contigerit, motus ipſe impeditur, atque actio illa, quæ præſtantiſſima eſt, deſtruitur.

Diuidi-

Diuiditur magnus pes ab Aristotele 1. de historia animalium 15. & Galeno lib. de inæquali intemperie 2. in partes tres, μηρὸν femur: κνήμην tibiam: & πόδα paruum pedem.

Prima pars, quæ à Sagittario, vt habet M. Manilius libr. 2. & 4. regitur, à natibus & coxēdice ad genua extensa, Galeno μηρὸς, à μέρος, vel ἀπὸ τοῦ μερίζεσθαι, quòd diuidere faciat: nam ea parte bifariam diuisum conspicitur. Homero & Hesiodo μηρίον, Femur, quod & femor dicitur secundum Phocam à ferendo, quòd ab his pręcipuè partibus sustineatur & feratur animal: quibusdam crus & coxa. Recentiores absurdè confuderunt nomina coxæ à femoris, & pręposterè eis vsi sunt: os coxæ dicunt pro femore, & ecōtrà os femoris pro coxa: quod in vulgaribus scriptoribus diligenter aduertere oportet. Huius totus articulus & protuberātia, ἰσχίον coxen, dix Suetonio & coxa dicitur: verùm coxa iuncturam vertebrarum simùl cum ligamento vertebram conti-

nente,

nente, & os quoq; significat, quod etiam Plinius iunior ostendit. Femorum internę partes, Polluci & Ruffo παραμήρια femora & femina, quamuis de toto membro promiscuè (vt & Festo) & femur & femen dicatur, hoc quidem à Plauto & Columella: sic & Celsus femen dixit. Valla verò, vult femora partem exteriorem significare: femina, partẽ anteriorem molliorem que. Verùm femen & femur de vtraque parte dicitur: femur enim & femoris & feminis facit, teste Festo & Martiano: sic, cùm brachiũ dicimus, & interius & exterius intelligimus. Sed & vbi iunctura cum flexu pedis est, femina dicuntur, vnde à flexu dicta videtur. Totum autẽ femur exterioribus, & quę anteriores sũt partib⁹, deuexã exprimit formã: in illis verò quæ posteriores & interiores sunt, simã obtinent. Spaciũ inter femora seu femina, ac inter inguina & femur, μεσομήρια Ruffo: πλιγίδες Hippocrati: πλιχάδες Galeno 2. de Fracturis & Polluci: Latinis interfemina.

Arti-

Articulus femur cruri committit, cuius anterior protuberātia Introductorio γόνυ, ἀπὸ τοῦ κονεῖν, καὶ ἐνεργεῖν, quod operari & agere diceres, nominis interpretationē desumit: siue quòd inflectendo pede ceu angulum quendam, quem illi γωνίαν nominare solēt, efficiat. Statio genu, quòd genua, dum infans in vtero materno est, genis opposita sint, dicitur (Genu enim & poples, femori & tibiæ commune est, Aristoteli 1. de historia animalium 15. Hæc, vt habet M. Manilius 2. Astronom. Capricornus regit, quæ veteres misericordiæ consecrarunt. Os, quo genu integitur, ἐπιμυλὶς Hippocrati: μύλη mola Aristoteli à molæ figura, quòd intus concauitatem habeat, à similitudine superioris molæ, quæ inferiori molendi gratia incumbit: μυλακρὶς Hipponacti: Ruffo ἐπιγονατὶς quod ad genu adhibita super ipso consistens ostēditur: κόγχη καὶ κόγχος Polluci. Celso, patella, mola genu, rotula. Cauitas posterior cōtra genu, cruris flectēdi causa

causa fabricata, Aristoteli ἰγνὺς, ἰγνύον Plutarcho, ἀπὸ τοῦ ἰκνεῖσθαι ἤγουν ἀπλοῦσθαι, quod nobis incuruandi explicandique corporis causa est: siue quòd, dum flectitur, gressum continuamus, quod illi ἥκειν dicunt: siue διὰ τὸ γόνυσι ἔχειν, ὅ ἐστι, εἰς γῆν νεύειν, quia præ eius flexu in terram inclinamur atque procumbimus: suffrago Polluci: καμπὴ flexura: κώλυψ Homero: ἀγκύλη Budęo. Latinis poples, quod post plicetur, posterior genu pars: sed apud Historicos etiam pro tota parte neruosa poples accipitur, vt est apud Liuium libr. 22. Carnosa paulò supra genu pars, ἐπιγουνὶς, quasi genicularis Ruffo & Polluci.

Altera pars, quam Aquarius regit (M. Manilio libr. 2. Astrono. & hoc, quia crura inuersa, vt inquit Martius, vasorum speciem habent) est ea, quæ à Genu ad articulum, pedisúe initium protensa, tibia ac sura constituitur. Aristoteli & Galeno κνήμη: Aristoteli etiam σκέλος, ἀπὸ τοῦ σκέλλειν, quia excarnis est: vel, vt Meletius, ἀπὸ τοῦ διεσχίσθαι διὰ

τὸν

τὸν κέλευθον, quòd videlicet in itinerè peragendo alterum ab altero dirimatur: siue διὰ τὸ σκληρότερα εἶναι τῶν ὕπερθεν μορίων, quòd scilicet partes, quæ superius sunt, duritia excedāt. Virgilio & Celso, crus à currēdo & tibia nominatur, quamuis cruris nomen & tibiæ & femori multi cōmune faciant. Huius pars posterior pulposa, venter tibiæ obiectus; quo soli homines, vt Plinius lib. i i. natural. historiæ meminit, donantur, Aristoteli & Galeno γαστροκνήμιον: Introductorio γαστροκνήμη, tibię venter: sura Gazæ, quę fortitudinis signa in milite esse vult Vegetius: veteribus crea, vnde ocrea. Anterior verò pars excarnis suræ opposita, & inter genu talumq; posita, Aristoteli & Galeno ἀντικνήμιον quidā antetibiale vertunt: aliquibus etiam κνήμη tibia, καὶ κρέα: aliјs ἄκανθα, quòd admodum acuta sit: crea Gazæ: tibia Celso dicitur, quo nomine & os ipsum donatur: nonnulli tamen, vt testis est Pollux, anteriorē partem κνήμην tibiam, posteriorē ἀντικνήμιον esse putaue-

putauerũt. Huius exterior pars, vel potius os, quod focile minus dicitur, Ariſtoteli & Polluci παρακνήμιον: interior verò vel potius cruris os interius & maius, quod focile maius dicitur, προκνήμιον ijdem dixêre. Proceſſus autem gibbi ab vtroque latere tibiæ ad paruum pedem excarnes, σφυρὰ Ariſtoteli, & Introductorio ſunt: qui ſic quaſi σφαῖραν appellant, quaſi membra compoſitione cõſtringat: alijs πέζα, παρὰ τὸ ἐν τῷ πέδῳ ἕζεσθαι Etymologico. Latinis malleoli & clauiculæ: Plinio, quem ſecutus eſt Roterodamus, tali (ſed malè) nuncupantur: nam talus, ἀστράγαλος Xenophonti, à malleolis excipitur, & ſub ijs recõditur. Sunt & alij, qui malleolos & talos inter ſe ſine diſcrimine permutant, ſed eos errare, Galenus comprobat, qui diligentiſsimè malleolos à talis ſecernit, vt & ipſa Anatome ſatis declarat. Extrema malleoli pars ἀκρόσφυρον. Quod ex femore & tibia conſtat, κῶλον (plerumq; enim ea membra, quæ Latinis crura, & lacerti dicũtur κῶλα vocantur)

cantur) & Polluci κώλυμα dicitur.

Quod ab his initium ducit, & ad extremitatem digitorũ desinit, tertia pars est, quæ M. Manilio lib. 2. Astronom. Piscibus subiacet, & dicitur Aristoteli πȣ̀ς, παρὰ τὸ πεπαύσθαι ἀπὸ τȣ̃ ὅλȣ σώματος quasi in ipso à toto corpore cessatum sit: vel quod παῦον καὶ λῆγον τȣ̃ σώματος μέρος sit, id est, pars corporis ea, in quam ipsum desinat: πȣ̀ς ἄκρος, βάσις Platoni, vt Pollux interpretatur: κῶλον Euripidi & Eustathio: σφυρὸν Oppiano: πέζα Arcadibus & Doribus, teste Galeno & Zenodoto: ταρσὸς in Epigrammatibus & Nonno, sed & ἴχνος Meletio dicitur, παρὰ τὸ ἴσχειν καὶ συνέχειν τὸν πόδα ὅλον, quòd totum pedem contineat: siue quòd à terra in ipso gressu attollatur, quod illi ἀνέχεσθαι ἀπὸ τῆς γῆς dicunt. Latinis pes propriè, paruus pes & pes extremus dicitur. Hunc, vt & manum, in partes tres diuidamus.

Prima pars quæ pedis pars superior est, carpo in manu respondet, quæ Hippocrati στῆθος ποδὸς, communiter

niter πεδίον, ἢ ὄρθ@, ἢ πολυόστεον Polluci, pedium. Huius pars superior, dorsum pedis, & Statio summum pedis dicitur. Aristoteles libro 1. de historia animaliũ 15. dicit νευρῶδες καὶ ἀνώνυμον, id est, neruosum & innominatum. Posterior verò rotunda, πτέρνα Aristoteli & Introductorio, διὰ τὸ ἐπιπεπηγέναι αὐτῇ ὅλον τὸ σῶμα, quòd in ipsam totum corpus innitatur: πτερνὶς Polluci & Eustathio, vnde ποσιπτερνίδες dicuntur venæ in calcaneo. Gazæ & Plauto, calx à calcando, vnde calcaneum Virgilio & Hieronymo: os quod in calcaneo est, talus vocatur. Pars verò inferna posterior, qua terram tangimus σφυρὸν & calcaneum: latus internum concauum post os calcis, ceruix pedis dicitur. Cauitas verò ibi sita κοῖλον ποδὸς, fons Volchero.

Secunda pars huic proxima, metacarpio in manu respondet, altior planta pedis, quæ post calcem, vbi prima ossium articulatio, quæ plantam constituunt, incipit, ταρσὸς à sicca eius loci qualitate, & carnis ex-

perte ſic appellata, Herodoto, καὶ ταῤῥὸς καὶ ταρσωμα: Ruffo ςῆθος: προςηθίη, πολυόςεον à crebris, quibus conſtat, oſſibus: aliȷs μεταπέδιον: quibuſdam etiam πέδον καὶ πεδίον dicitur: nonnullis πάλμη. Suidę, τὸ πλάτος τοῦ ποδός. Euſtathio, τὸ κάτω πλατύ. Huius pars inferior tota πέλωμα ſolea Polluci: πεδίον, καὶ πέλμα Meletio: ſub digitis prominens, quo terram tangimus & ingredimur, ςῆθος Hippocrati, teſte Galeno: Ariſtoteles ἀνώνυμον dicit: πέζα alijs: πέλμα Introductorio: ςῆθος ποδὸς, ἢ προςηθὶς Polluci & Ruffo. Quod ſub hoc ſtatim in medio imi pedis habetur, κοῖλον τοῦ ποδὸς cõcauum pedis Introductorio dicitur. Martio & Feſto, vola: alijs planta pedis (licet aliqui plãtæ appellatione calcaneum, volam & digitos comprehendi velint) veſtigium, ſolea: ſolum pedis, Plauto dicitur. Quibus verò pars hæc interior plantæ non caua, ſed ita pleniuſcula eſt, vt ſolum toto attingat veſtigio, hi πανοῦργοι, verſuti ſunt, vt habet Philoſophus. Callus ſeu callum plantæ, vel cutis ibi in-

durata,

durata, Ciceroni callum ſolorum: τύλος Lucano, καὶ δέρμα ποδῶν dicitur. Cutis enim, quæ ipſi pedi ſubditur, πέλμα dicitur Meletio, διὰ τὸ πεπιλεῖσθαι, ἤγουν ἐσφίχθαι τοῦ ὅλου δέρματος πλέον, quòd videlicet compreſſa, conſtrictaq́; tota magis quàm reliqua cutis ſit.

Tertia pars parui pedis, digitis manuum correſpondet. Quemadmodum enim manus ad capiēdum idonea fuit creata, vt fuit ſuperius dictum, dum in ea perfectum numerum, figuram conuenientem, digitorum imparem (quod illis decorum adfert) ordinem, & deniq; conuenientem ſitū dedit: Eadem quoque ratione, ſapientiſſimi rerum Opificis prouidentia etiam in pedibus apparet, qui nulli parti non peculiarem ſitum voluit præſcripſiſſe. Quare plantæ, palmis: digiti, digitis: vngues, vnguibus reſpondent. Ex tarſo enim, digiti pedis exoriuntur. Digitos paruus pes totidem, quot manus, obtinet, iíſque quaſi reſpōdēt, eos ſolùm excepto, ꝙ eiuſdem

non ſint lõgitudinis, nec eoſdẽ prę-ſtent vſus, quare nec eadem ſortiti ſunt nomina. Pedis enim digitorum nomina ſunt hæc: pollex (hallus Feſto, quẽ virtute medica prędítum fuiſſe, Plinius lib. 7. cap. 2. & lib. 28. cap. 4. oſtendit. Pyrrhum enim Epirotarum regem, dextri pedis digiti tactu lienoſos curaſſe, qui cum reliquo corpore cremari non potuerit tradunt) proximus pollici: medi⁹: medio proximus, & minimus. Summis digitis, ait Ariſtoteles cap. 15. libri 1. de hiſtoria animalium, hæret ὄνυξ vnguis, & nodus καμπὴ interuenit: verum μονόκαμπτοι πάντες δάκτυλοι, id eſt, vno nodo flectuntur omnes digiti. Eadem enim de cauſa pedes vngues obtinent, qua manus. Extrema enim operienda, vt habet Philoſophus 4. de partibus animalium 10, muniendaque ſunt potiſſimùm propter imbecillitatem. Rima tandem ſub digitis, χύμεθλον Polluci dicitur.

Et hactenus, *TRINVNO* adiuuante,

uante, partes extrinſecus colloca-
tas atque diſpoſitas enarrauimus,
quæ & vſu ſunt cognitæ, ſitumque
quàm ea, quæ ſequentur,
euidentiorem ha-
bent.

TRACTATVS DE EXTERNIS HVMANI CORporis partibus QVI VNIVERSALIS ANATOMES LIBER PRIMVS eſt

FINIS.

GALENVS II. de compoſit. Medicam. κατὰ τόπους.

Χαλεπὸν ἄνθρωπον ὄντα, μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα.

ERRATA.

Pag. 16. *linea* 7. *poſita*. 21.*l.*19. *intorti,cirrus*. 26. *l.vlt,pilis nuda*. 41.*l.*6. *fortè*. 47. *l.*16.*Iſidoro*. 59.*l.* 5. *Quæ*.66.*l.*13. *id animal*. 90.*l.*14.*medius*.95.*l.*5.*Scholiaſti*.99.*l.*6.ἡ γονή.114.*l.*11.ἴσχω τὸ.117.*l.*13.τὰς πρώξεις.119.*l.*23.*pennæ*.140.*l.*18. *coxæ* & .*l.*24.*coxendix*.

BASILEÆ,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI:
Anno
cIↄ cI XCI,
Menſe Martio.